

Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

F 22
Pam. 267


VII. [illegible]


35 d

Digitized by Google

Digitized by Google

M. Reservado Librería





De las a Profesa de la Compañia de Jesus

Solennis atq; elegans Tractatus Jncau
sa matrimonij Serenissimorum domino-
rum Henrici et Catherine Anglie Re
gum Editus per Reuerendum Utriusq; Censure
Interpretem Ferdinandum de loazes/Erpi-
clara Urbe Oriola Valentini regni oriun
dum/ In principatu Cathalonie/ac
Comitatibus Ruscinonis et Ce
retanie/contra hereticam et
Apostaticam prauita-
tem Inquisitorem
apostolicum.

De Madrid.

R. 172-203





Inuictissimo iuxta atq; Augustissimo Cesari Caro-lo eius nominis quinto/Fredenãdus Loazes. I. V. doctor post manum oscula perpetuam Felicitatem.

QUoties inconstantiam rerum humanarum intueor Cesar inuictissime felicissimeq; videor mihi prorsus Euripum quendam videre: aut si quid Euripo est instabilius: Adeo vicibus irrequietis sursum deorsum voluuntur ac reuoluuntur: nec possunt eodem in statu diu consistere. Cui instabilitati cum alie res omnes/tum precipue regna/imperia/hiq; qui hoc genus opibus fortunaq; & amplissima honestantur/obnoxij sunt. Hinc est quod nullius populi/gentis/aut nationis/siue regnum siue imperium/perpetuum multum diuturnumq; fuit. Nullus etiam quamlibet potens eodem semper fortune tenore vixit. Nam Persas quidem/Medos/Assirios/Argiuos/Lacedemonios/Messenios/Athenienses/Macedones/Romanos/alios q; permultos longe lateq; rerum potitos esse/nullos tamen diutissime imperasse constat. Nempe rebus omnibus suapte natura caducis/et que ita in lubrico posite sunt/vt aut nunquam/aut egre consistere queant. Certe in altera parte crebriora longe ac notiora suppetunt exempla/q; huc afferri/commemorariq; debeant. Et vt ex innumeris etiam huius etatis vnum alterum attingam: Recentissimum hoc ad manum est/ni mirum Catherine Anglie Regine sanctissime ac lectissime feminę Maiestatis tue materterę: Nec non Marię eius filię virginis quidem indolis vere regię: Quas post longum rerum omnium successum sic suis insultibus impetit fortuna: vt de fastigio illo in quo eas/hactenus collocarat/inconstantissima videlicet detur bare conetur. Etenim Catherina Fredenando ac Elisabeta potentissimis et catholicis Hispanię regibus Maiestatis tue auis non pœnitendis orta: Illustrissimo principi Anglię regis primogenito Arcturo/primum matrimonio est collocata: Quo sine sobole vita defuncto/deinde Serenissimo Henrico huius nominis octauo ei⁹ fratri et successori non sine Apostolicę sedis authoritate nupsit: Cui Mariam peperit dignam tali matre filiam: siue regias dotes/siue eruditam castitatem/siue castam eruditionem requiras: Adeo vt in vtraq; Paulam et Eustochium vel facillime agnoscas: Arbor enim bona bonos fructus facit. At nunc quoniam nihil est omni ex parte beatum: Serenissimus Rex Henricus causatus matrimonium inter se Catherinamq; contrahi non posse/iure diuino/quod fratris vxor fuerat: super qua re pontificis Authoritas nulla est: nec non alijs multis de causis quas rex ipse commentus est/illud rescindere parat: quo deserta coniuge/aliam ducat vxorem: simulq; possit personam aliam regno preficere. Itaq; presenti regno viroq; mater: et futuro filia/quo iure qua q; iniuria spoliantur. Talis igitur lusus fortunę de qua Virgilius elegantissime/vt de omnibus.

Fortuna immeritos auget honoribus/
Fortuna innocuos cladibus adficit/
Iustos illa viros pauperie grauat/
Indignos eadem diuitijs beat
Quod dignis adimit: transit ad impios/
Nec discrimen habet: rectaq; iudicat/
Inconstans/fragilis/perfida: lubrica.

Quę res etsi Sępissime vsu venit mortalibus: Tamen animi meum/mei autem: Immo omnium qui de christianissimo pie ac syncere sentiunt admodum q; exulcerat: Cum vi-

deamus rem nefariam ac pene sacrilegam ei cordi esse: cui a deo opt. Max. In hoc regni habene traditę sunt (vt alios moderetur / ac regat: coerceatq; eos ac puniat: qui hoc genus scelera impiissima illa quidem patrare non vereantur. Est enim hoc facinus indignum rege / indignum christiano / maius dicam indignus homine. Quippe geneseos secundo capite scribitur: Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Quam obrem relinquet homo patrem suum et matrem / et adherebit vxori suę: et erunt duo in carne vna. Verum princeps hic alioqui cordatissimus et maxime pius (argumento sunt monumenta illa / quę de septem sacramentis aduersus impiissima quorundā apostatarum dogmata piissime scripsit:) vt suis quibusdam affectibus seruiret: neglecto dei iussu / neglecta naturę lege / neglecta etiam ecclesię authoritate rescindere parat: quod rescindi non potest. Parat quoq; quos deus coniunxit / ipse homo separare. Jam si hoc fiat / quantum labefactabitur pontificis authoritas / quam oportet esse sacrosanctam et inuiolatam. Etenim si summi pōtificis authoritas hac in parte nulla est potestatis defectu: Male aut impie potius tot summi pontifices suam authoritatem adhibuerūt in huiusmodi non paucis coniugijs non solum nostre etatis / Sed etiam aliarū: In quibus / vt veridicis historijs accepim⁹ ac scimus / vidimusq;: Non principes modo Sed priuati etiam quamplurimi ecclesię scilicet decreto hęc inuicem matrimonia contraxerunt. Equidem scies in presentiarum et prudens pretereo longum catalogum huius generis coniugiorum: Quę si contendas nunc male cohęrere coalescereq; / quemadmodum memoria patrum / auorum / maiorumq; nostrorum male cohęserunt atq; coaluerunt: Heu quantam fenestram patefeceris ad discordias / ad lites / ad scandala et offensiones multorum. Quod absit ab homine christiano / vt in ea re dubitet: in qua dubitari sine christianę tranquillitatis ac pietatis iactura vel maxima non potest. Potens enim est in his pontifex Maximus / et citra controuersiam valde ꝯ potens: Quippe qui christi Jesu dei opt. Max. est vicarius in terris: Cui christo tradita est a patre deo omnis potestas in celo et in terra. Ceterum libet mihi nunc te appellare O Serenissime Rex Henrice / quem ego crediderim non tua sponte ad hęc animatum: At qui sapias / qui vere christianus sis: et adhoc vsq; tempus semper christianissimum principem more maiorum egeris: Sed inconsideratis ac proinde perniciosissimis consultorum exhortationibus et verbis instigatum ad hęc / quibus vtile maxime videtur ciuitates et regna feralibus vsq; odijs concuti / euerti / omninoq; perdi. Isti namq; Achitophele illo deteriores / suis magis commodis (si commoda talia dicenda sunt / et non potius grauissima incommoda) seruientes: ꝯ quod ad publicam oim tranquillitatē / et pacē / vtilitatēq; et sui principis patrieq; bonorē faciat / Spectantes: consulunt quę sua videtur / non q̄ Jesu christi sunt. Quibus vehemētissime timendū est / ne accidat illud / quod Senarius prouerbialis innuit: Malum consilium / cōsultori pessimum. Atq; adeo totidem fere verbis inuenitur hęc sententia apud Ecclesiasticum hebrąum authorem: Facienti nequissimum consilium / super ipsum deuoluetur. Si quidem vt dicunt greci sacra quędam res est consilium: Atq; vt est libenter accipiendum cū res postulat: Ita est religiose Citraq; fraudem vsandum / si quis egeat. Alioqui non defuturum est numen aliquod / quod pœnas repetat ab eo / qui rem sacram ac diuinam perfidia violauerit. Testantur enim hoc literę et sacrę et propanę: Idq; apertissime etenim recidit in caput Amani et Achitophelis / quod alijs perperam consuluerant. Porro in Etruscos aruspices animaduersum / vindicatumq; fuit a Romanis ob inimicum hostileq; eorum consilium: vt ex annalibus Maximi / narrationibusq; Verrij flacci memorie prodituꝫ est. Nec silendus est nunc Pullarius / qui vt est apud Valerium maximū / atq; Liuium ljuium: Papyrio cursori consuli Aquiloniam obsidenti male dati consilij penas dedit. Vide obsecro / ac obtestor celsitudinem tuam / O rex Serenissime: Ne cum hoc coniugium olim feceris obtuendam pacem / et regnum tuum Stabiliēdum: bis scilicet affinitatis vinculis cum regibus sane potentissimis / sis nunc in causa / vt totum illud corruat / ac pereat: vtq; sero tibi dicendum sit / non putaram. Age vero si qō deus auertat / repudiata castissima coniuge aliam duxeris vxorem / deo hominibusq; repugnantibus vt dicitur: ꝯ male auditurus es apud omnes christianos. Illud interim memineris oportet / atq; consideres: Maiores tuos sancte Romanę ecclesię fideiq; ac

Digitized by Google

cerrimos ſemper propugnatores extitiſſe / A quibus degenerare ſine ſummo dedecore non pores: preſertim cauſa vt multo fediſſima / ita facile inuidioſiſſima. Sed iam ad rem. Cum hec ita ſe habeant Ceſar Auguſtiſſime: At due femine ſine controuerſia probiſſime / ſanctiſſimeq; / due regine / due Maieſtati tue arctiſſimo ſanguinis nexu cõiuncte / ſuis bonis ſpolientur / & opprimãtur: Idq; cauſe iniuſtiſſimis: Surge tibi a deo opt. Max. hec prouincia demandata: vt totum orbem terrarum cui preces cõtendas in officio: pariaſq; illi ſtabiliſſimam pacem: oppreſſos iuues et foueas: reſiſtas magno animo opprimentibus: deniq; ius ſuum vnicuiq; tribuas. Ad quem potiſſimum nili ad Maieſtatem tuam attinebit negocium hoc diſcutere / tranſigere / atq; cõponere. Quippe ad hoc et officio impelleris: et virtute ipſa atq; probitate incitaris: & vinculo illo tuo cum duabus ſanctiſſimis et lectiſſimis feminis arctiſſimo aſtringeris et obligaris. Hec cedit ad hec religionis noſtre / ſediſq; apoſtolice authoritatis propugnatio atq; defenſio: que Maieſtatem tuam ad hoc & maxime mouere debet. Mouebunt aute hec omnia procul dubio / aut impellent potius mirum in modum: Nec in hoc ipſe fallor. Oi quidem tenor ille ante actę vitę tuę quid aliud orbi promittit / & quietem et pacem: et eam quidem pacem / in qua numini ſuus cultus: eccleſię ſua authoritas ac reuerentia: breuiter omnibus et ſacris et prophanis ſuus bonos exhibeatur et deferatur: & vt omnia ſimul vno verbo comprehendam / iuſticia ipſa ab omnibus pariter colatur atq; retineatur. Oſtendit hoc laborioſiſſima tua in Italiam nauigatio / Hec non longiſſima In Germaniam tuam profectio: relictis Florentiſſimis Hiſpanię Regnis / reuicta coniuge longe chariſſima / relictis etiam liberis dulciſſimis pignoribus: Que Maieſtatem tuam / ſi priuatum tuum ocium et quietem quęreres / abunde multum remorarentur / atq; tenerent. Sed tamen monet te ſemper pietas et religio chriſtiana: Monet publicum orbis commodum et vtilitas: vt que illius ſunt cures non que tua: quam & ſatis ſua curat is qui ea curat / que dei ſunt omnipotẽtis. Proinde Cęſar feliciſſime annitendum tibi eſt atq; contendendum / At quem hactenus te pręſtiteris in omnibus / tum pręſtes in hoc negocio. Nec; committendum eſt tibi / vt qui alienis opem ſemper tuleris: ſi alieni tibi habendi ſunt quicũq; orbis terrarum ſunt: deſeras tuos. pręſertim cum ad hoc lege diuina humanaq; aſtringaris. At qui rem hanc ſperamus omnes Maieſtatez tuam vel facillime eſſe compoſiturã: que tua eſt in omnibus felicitas / que hactenus aggreſſus es. Sed deus bone quãtus patet mihi cãpus de rebus tuis in prę ſentia diſſerendi. Mouit em̃ vniuerſus orbis ingentia tua facta et excelſa: Adeo quidẽ in gẽtis excellaq; / vt in omnibus ſemper ſupra hominem apparcas. Quare commodius multo illa Innumera certe taciti attoniti et ſtupefacti admirari / ſuſpicere / venerari / & verbis conſequi poſſumus. Et vt rem alacriori animo ſuſcipiat tua Maieſtas efficiãdam / viſum mihi eſt nonnihil de ea iuſſu tuo ad te ſcribere. Non quod ignorem non deeſſe tibi & plurimos: qui te et ſcriptis et verbis fuſius multo et meliuſ & ego potero / cohortentur: oſtendentes videlicet et facti indignitatem atrocitatemq; / & tuam ad illud componendum obligationem. Sed quia res ipſa tam indigna eſt / vt quiſquis vel tantillum ſapiat chriſtianiſſimum Clamare vehementer debeat indignum facinus: vt multis multorum vocibus clamoribuſq; Rex ipſe Anglię expergefactus / tandem pergat vt alias fecit parere deo / eccleſię / honeſto / qui nunc ſeruit adfectibus. Accedit ad hoc Quod Sereniſſima Catherina ipſa regina / filia fuit catholici Regis Fredenandi auiti: Qui de Hiſpania Immo de chriſtiana republica cum ageret apud ſuperos / tam bene meritus eſt: vt impius maxime futurus ſit et ingratiſſimus / quiſquis res illius non tueatur / atq; defendat: vtiq; cum pugnent / ſemperq; pugnauerint pro honeſto / pro iuſto / pro bono / pro quiete et tranquillitate / deniq; pro religione et pietate. Illud pro certo non me prętexerit Ieiunius longe atq; ſterilius / & pro magnitudine eius rem hanc a me eſſe tractatam. Verum dabit hec tua Maieſtas ocupationum procellis / quibus iactor / preſertim in oceano rerum earum / quas tuo nomine in hac Cataloniſe prouincia de cognitione et tuitione fidei diu noctuq; tractamus. Sunt enim hec a me ſucciſiuis horis collecta: propterea & ſuffurandum mihi tempus erat: tum ad legendum tã tam autorum ſyluam / ex quibus hec collecta ſunt: tum ad ſcribendũ. Habis prętereas pietati in te meę / que me diu ſilere non paſſa eſt: et impulit quidem illa / vt que eſſent

in hoc genere Maiestati tue facienda/religiosissime consulerē. Itaq; et tenuitatem operis/occupationes atq; adeo ingenij mei tenuitas: Et audaciam hāc meā/pietas in deū in ecclesiam/in Maiestatē tuam excipiet/excusabit/atq; tuebitur. Te quidem in excelso humani generis fastigio positum esse scio. Et ideo immensa prēter cēteras subit cura/vt quę tibi dicantur/condigna sint. Verum et diis iacte rustici multiq; gentes supplicant: et mola tantum salsa litant/qui non habent thura. Nec vlli fuit vnq; deos colere/quoquomodo posset. Animaduerto enim(vt Plinij quoq; iunioris verbis vtar) etiam deos ipsos non tam accuratis adorantium prēcibus/q̄ innocentia et sanctitate lętari: Orationemq; existimari/qui de iubis eorum puram castamq; mentem/q̄ qui meditatum carmen intulerit. Accipe igitur Cesar Inuictissime Augustissimeq; Hilari fronte hoc munusculi: quod tuę Maiestati a nobis offertur in prēsentia: Testem videlicet mee in deum opt. Max. In fidem Christianam/In sacrosanctam sedem apostolicam/Deniq; in Maiestatem tuam pietatis et obseruantię. Atq; adeo accipies libentissime/quod a me nunc suscipitur patrocinium veritatis: Cuius tanta vis est: vt si de ipsa sit agendum/infantissimos quosq; reddat etiam disertissimos. Supre mi numinis clementiam precor: sic pectus istud tuum vere Imperatorium/hoc est piū/iustum/magnum et excelsum/ad maxima queq; iusta atq; optima semper agitare dignetur: Vt Anglię/Germanię/Italięq; rebus q̄ optime compositis: ad nos redeas vt soles felicissimus: Quo vxorem/liberos/Hispaniam tuam aspectu tuo multū desiderato/vt par est/solatus: inde solita tua felicitate vt omnes speramus: breui hieroſolimi tanum Christi Jesu dei opt. Max. sepulchrum christianę ditioni restituas: simul suauj commodoq; fidei iugo subijcias omnes infideles: Adeo vt parta iā pace vniuerso orbi christianum nomen latissime diffundatur: simul et propagetur: te auctore/quē Trajano iustiorem/et feliciorem Augusto omnes vno ore prędicemus: quamq̄ maiora bella te manent. Etenim hec abunde multum es tam consequutus: et illud quidem est omnibus in votis: vt interim bis idem seu maxime deificatum dicamus: vt ductu tuo atq; auspicijs fiat illud/quod diuus Joannes ait in euangelio: Hempe vnum ouile et vnus pastor.

Digitized by Google

Illustrissimo ac Reuerendissimo presuli Alphonso Marrique. S. R. E. presbitero Cardinali dignissimo: Hispalensi Archiepiscopo: Inquisitoricq generali: Ac religionis christianę In tota Cesareę Maiestatis ditione Censori Maximo/et Clementissimo patri/domino suo: Frederandus Ioazes. I. U. doctor/ post manuum oscula salutem.

Cum heroicas virtutes tuas immortalibus tuorũ maiorum titulis respondentes admiror Illustrissime ac Reuerendissime presul: Jam dudum fit mihi/vt egomet nesciam/quo me vertã: aut vnde scribẽdi exordiũ digno tuis clarissimis auribꝰ sermone aggrediar: Cogor tamen (etsi nollem esse importunus) in meis arduis rebus ad amplissimum profugium tuum veluti ex tempestate in portum diuertere. Nam cũ Invictissimus Cesar omnia plusq humano iudicio regat: Sparsisq per orbẽ sudoribus moderetur et curet: Contractum iam pridem Apostolica dispensatione inter Serenissimos Henricum et Catherinam Anglię Reges matrimonium infausto diuortio retractari/ in magnum christiane reipublice detrimentum non passus est. Sed inter alios complures virtusq prudentię doctores et mihi homini occupatissimo/ tantoq oneri haud sane digno/per dimissas/e Flandria litteras iussit: Vt quatenus matrimonium illud validum atq insolubile foret: Juxta diuini iuris dogmata/sanctorumq pontificum canones eatenus responderem. Que omnia acrius mecum prędeditans: Quantaq res ageretur (vt par est) ante oculos habens: Vires simul meas vt pote imbecilles recẽsens: Postremo/ Quinquaginta amplius hereticę pranitatis reos vinculis compeditos/ et carcere seruari/ qui diffinitiuas sententias omni iudiciorum solennitate sine longioribus moris ac dilationibꝰ erant subituri/non ignorans: Sed magis ac magis reputans: Quanto deterior hereticorum apud exteras nationes nostris diebus increbuerit contagio: Quantaq inhumanitate impius turcharum tyranus omnia vastãs/nostris insidietur (quod vtor Ecclesię suę deus in ipsum conuertat) iugulis: Prętereа quanta plerũq humanum genus per Illatas casto mulierum seruli iniurias et contumelias incommoda senserit: Et q sanguinaria bella pertulerit: Nunq minus q nunc dormiendũ esse duxi. Nam et si vates nõ sum: Attamen videre iam videor/quid me terreat: Videlicet populo christiano inter se discordi atq oscitanti/ex vno malo multa sub ouri mala: Sicut Hydre ferunt pluisq ab Hercule obtruncaretur/renasci capita. Quamobrẽ decreui/cepiq/quantum tẽporis egestas permisit: ex idoneis collatis scriptoribus/non sine summis lucubrationibus Libi ac potius salubriusq somni oblitus: optima queq dum adduc res integra est: dumq in manibꝰ est prouidere: carptim stricteq colligere: Quatenus Regnorum paci ac tranquillitati/ qua nihil sanctius/nihil tutius/nihil deo magis acceptum esse potest/cõsulatur. Neq vero spes vlla me magis securũ reddit: q quod institui: Quicquid illud esset fragilitatis fortasse mee exẽplum: ad grauissimũ censurę tuę culmẽ castigãdum/et sic vbi res exposcerit/abrrogandũ emittere. Nã si Salomõ sapiẽti dicit. Argue sapientẽ: et diliget te. Quãto magis mihi (vt sic loquar) infantissimo dicũ arbitrer: Profecto Agamemnõ summꝰ grecoq aduersus Troianos dux (vt est apud Homerum) optabat a deo immortali inter ipsa stratagemata decẽ sibi dari cõsilio atq prudentia eloquẽtissimo, Nestori similimos. Quid igitur ego minus in tãto christianę vel salutis vel cladis articulo ad consumatã sapiẽtiã Illustrissime ac Reuerẽdissime presul tuam: Quã inuictissimꝰ Cesar multis simul viris Nestore ipso prudẽtioribꝰ/nec immerito anponit:) labores quales quales meos cõfirmãdos transmittã? Monit em ille multis et magnis rem argumẽtis: prudẽtiã/sapiẽtiã/ fidẽ/equitatẽ/religionẽ/honestatẽq dignationis tue erimiã Et q certo certꝰ duco: Tuę denig vigilias meas ab optimo maximoq Cęsare quasi argẽtũ purgatũ septuplũ pbatũ iri: Cũ per exactissimũ iudiciũ tuũ/censoriãq assertionẽ editꝰ in lucẽ intelliget. Ideo amplitudinis tue vltimam manũ affecto: Vt si qd in his placuerit: Id vniuersum ad tuã authoritatẽ referendũ sit amplissimã. Vale christiane religionis felicissimę ppugnator: Nec nõ perpetuum florentis ecclesię decus: Nominisq tui deuotissimo Loaze tuo vtere. Vale perq annos plurimos felicissima vita fruere.

Digitized by Google

QUoniam absq; themate et facti certitudine/ Cesar Invictissime/ius dicere cōmode nō valem⁹. l. ij. ff. de iuris ⁊ facti igno. c. de muliere cū similib⁹ de sponsa. Immo ex facti proposītione/ Jus oriri cognoscim⁹. l. si ex plagis. §. inclino. ff. ad legē aqui. Ideo satis mihi fore necessariuz videtur: infra scripti tenoris thematis et facti cōtingentiā integre et ad longū ponere/exprimere/atq; narrare. Ne vt Speculator in titulo de aduocato. §. iij. scribit/ex ei⁹ breuissima narratione ius ipsum videar mutare.

¶ Thematis et facti narratio.

THema seu factū tale est. Cū Paulo ante millesimū quingētesimū primū annū magna inter Serenissimos Hispanie/Galie/et Anglie reges bella inuicē orta fuissent: Magnasq; interse principes predicti guerras/discordias/ac dissētiones habuissent: Catholicus et immortalis memorie Ferdinandus huius nominis Aragonū rex secūdus/vestre sacre Maiestatis auus: Necnō Hēricus dicti nominis rex Anglie septimus/p pacis et cōcordie bono/pacificoq; suorum regnorum statu/ matrimoniū quoddam inter illustrissimos dominū Arcturum tunc de gales principem tam pubērem/dicti Serenissimi Henrici Anglie regis primogenitum/ et dominam Catherinam dicti catholici Ferdinādi Hispanie regis filiā/vestre Cesaree Maiestatis materteram/ tractarunt: conuenerunt: et cōcordarunt. Cuius concordie ac conuentionis vigore/dictus domin⁹ Arcturus/ et domina Catherina predicta/matrimonium interse predictum per verba de presenti contraxerunt: propter quod magnam interse pacem ac confederationem Reges predicti firmarūt. Nec non guerras/discordias/ac dissentiones/que tūc inter ipsos erāt sedarunt: pacarunt: et cuellerunt. Sed quia dictus dominus Arcturus etsi debilis erat cōplexionis/propter quod dictam dominā Catherinam carnaliter forsan non cognouit: ea tamē forsan cognita: quadā die mēsis Aprilis Anni millesimi quingentesimi secundi absq; liberis obijt: et ab humanis prout domino placuit decessit. Per cuius mortē ad dictam dominam Catherinam principatus de gales (qui non parue in Anglie regno p regni conseruatione/semper fuit importantie) ex antiquissima illius regni consuetudine pertinebat: secundum quam defunctorū primogenitorum regum vxores in eodem principatu succedebāt. Et quia dicte domine Catherine dos et propter nuptias donatio restituende veniebant: Super quibus omnibus tā principatus successione/q̄ dotis et propter nuptias donationis restitutione/iam interse principes cōtēdebant. Quorum contentio si durasset: graue damnum christianitati inferre potuisset: cuz eo tempore Mahumeticus ille turcharum tyrannus magnuz aduersus nos exercitum preparasset: ⁊ magne adhuc inter maiorem principū christianoꝝ partem discordie essent. Idcirco vt tam magnis dissentionibus que iam orte fuerant oririq; sperabantur/ Christiani tatisq; calamitatibus obuiaretur: et pax/ cōcordia/ ac inter ipsos principes confederatio continuaretur: Dicti domini Hispanie et Anglie reges/quod Illustrissim⁹ dominus Henricus/alter dicti Henrici regis filius secūdo genitus/et dicti Arcturi principis frater/ dictam dominam Catherinam a fratre predicto relictaz/pro pacis/federis et amicitie conseruatione vxorem duceret: iterum tractarunt: conuenerunt ⁊ concordarunt. Et sub cōditione si papa dispensaret/ dictus dominus Henricus/dictaq; domina Catherina/affinitatis et publice honestatis impedimentis minime obstantibus/interse sponsalia contraxerūt. Super quo matrimonio oratores suos ad Sanctissimum papam Julium huius nominis secundum pro dispensatione obtinenda reges predicti miserunt. A quo tenoris infra scripti dispēsationem impetrarūt: ⁊ obtinuerūt. Cuius dispensationis virtute atq; vigore/dicti Illustrissimi dñi Hēric⁹ et Catherina/Quia dictus domin⁹ Hēricus tunc impubes vt asseritur erat: Spōsalia p verba de presenti cōtraxerūt. Et quamuis post aliquod tempus in pubertatis principio/ aduersus contracta sponsalia (vt etiā asseritur) dominus Henricus inscia tamen domina Catherina/eaq; ignorante reclamauerit: et a contra

ctis sponsalib⁹ desistere ac dissentire/eandē q̄ in vxorem minime ducere velle protesta tus fuerit: nec se vnq̄ in vxorem eā ducendi animum habuisse dixerit: Tamen cum mortuo Serenissimo rege Hērico septimo et⁹ patre/ipse in regnū successerit: Jamq̄ matura etas eum ad matrimoniū prouocaret: Cum predicta Serenissima domina Katherina (lecta prius in sui et ꝑplurimorum magnatum presentia dispensatione/ eiusdē q̄ facta publicatione) matrimonium solēniter In facie ecclesie coram magna regnicolarum multitudine cōtraxit: contractumq̄ consumauit. In quo matrimonio per multum tempus dicti Serenissimi reges tanq̄ veri et indubitati cōiuges vsq̄ in hodiernū diem perdurarūt: Et ab omnibus pro cōiugibus et regni Anglie regibus/absq̄ cōtradictione aliqua reputati fuerūt: Carnalēq̄ copulam habuerunt. Et inde illustrissimaz dominā Mariā dictorum coniugum filiaz procrearunt. Sed quia antiquus catholice ecclesie hostis diabolus scilicet/ aduersari⁹ et inimic⁹ noster (qui mille nocēdi modos habet: et a sue ruine principio semper quez deuoret querit) vnitatez ecclesie conatur rescindere: charitatem vulnerare: sanctorum operū dulcedinē inuidie felle inficere/totū christianū ratis pacē atq̄ quietem peruertere: nec nō Sūmi pontificis potestatem authoritatem ⁊ dignitatem tollere/ac denigrare: et vt verbis vtar tertus. in. c. visis. xvj. q. prima. omnib⁹ modis humanū genus euertere et perturbare. Talē in Anglie regno zizaniam seminauit: talemq̄ inter coniuges predictos nouitatem genuit: Quod Serenissimum dominum Henricum regem/ vt cuz Serenissima dña Katherina eius legitima vxore atq̄ regina diuortiuz faceret induxit: Et vt matrimoniū inter ipsos sic iuste recte ac firmiter celebratū solemniterq̄ consumatuz rescinderet/incitauit. Prout de facto ⁊ diuortium facere/et matrimoniū predictuz rescindere/fecit ipse curauit et curat: suumq̄ propositum ad suum perducere finē nō dubitauit: nec dubitat. Matrimonium predictum (quia cum fratris premortui vxore cōtraxerat) iure diuino phibitū esse affirmās: Et Summū pontificē/ super tali matrimonio minime dispensare potuisse pretēdens. Cuius pretentionem/⁊ vt quantū a veritate alieni illius consultores existāt melius ostēdamus: Summi pontificis dispensationē que infra scripti tenoris existit: nec non quā plurima dubia ex themate isto atq̄ dispensatione resultantia inseremus.

¶Dispensationis tenor.

Julius episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Hērico/charissimi in christo filij nostri Hērici Anglie regis illustris nato/Et dilecte in christo filie Katherine/charissimi in christo filij nostri Ferdinandi regis/Et charissime in christo filie nostre Elisabet regine Hispaniarum et Sicilie catholicoz nate illustribus/ Salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis preceltens authoritas/concessa sibi desuper virtus potestate: prout personarum/ negociorum/et temporum qualitate pensata/ id in domino conspicit salubriter expedire. Oblate nobis nuper pro parte vestra petitionis series continebat. Quod cum alis tu filia Katherina/et tunc in humanis agens quōdā Arthur⁹ charissimi in xp̄o filij nostri Hērici regis Anglie illustris primogenit⁹/ pro conseruandis pacis et amicitie nexibus et federib⁹/ inter charissimum in christo filium Ferdinandum/et charissimam in christo filiam Elisabet Hispaniarum ⁊ Sicilie catholicos/ac prefatuz Anglie regem et reginam/matrimonium p verba legitime de presenti contraxisset: illudq̄ carnali copula forsan cōsumauisset: Dictus Arthur⁹ prole ex huiusmodi matrimonio non suscepta decessit. Cum autē sicut eadem petitio subiūgebat/adhoc vt huiusmodi vinculuz pacis et amicitie inter ꝑfatos reges et reginā diutius permaneat: cupiatis matrimonium inter vos per verba legitime de presenti cōtrahere: Supplicari nobis fecistis: vt vobis in premissis de opportuna dispensationis gratia prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ꝗ inter singulos christi fideles/presertim inter catholicos reges et principes/pacis et cōcordie amenitatē vigere/intētis desideriis affectam⁹: Vosq̄ et quemlibet vestrum a quibuscūq̄ excōmunicationis/suspensionis/et interdicti/ aliisq̄ ecclesiasticis censuris et penis a iure vel ab homine quauis occasiōe vel causa latis/ si quibus quomodolibet innodati existitis (ad effectum dumtaxat presentium consequendum (harum serie absoluētes/et abso

luros fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati/ vobiscum vt impedimēto affinitatis huiusmodi in premissis proveniēte/ac cōstitutionibus et ordinationib⁹ apostolicis/ Ceteriscz contrarijs nō obstantib⁹ matrimonium per verba de presenti inter vos cōtrahere/et in eo post fuerit/ etiam si iam contraxeritis: ac illud carnali copula cōsumaueritis: licite remanere valeatis: authoritate apostolica tenore presentium de speciali dono gratie dispensamus. Ac vos et quemlibet vestrum si contraxeritis vt prefertur: ab excessu huiusmodi/ac excommunicationis sentētia q̄ propterea incurristis: eadem authoritate absoluimus: Prolē ex huiusmodi matrimonio siue contracto/ siue contrahendo susceptam forsan vel suscipiendam/legitimam decernendo. Prouiso quod tu filia Catherina ꝓpter hoc rapta nō fueris. Volumus autem/quod si huiusmodi matrimonium de facto contraxistis: confessor per vos et quemlibet vestrum eligendus/penitentiam salutarem propterea vobis iniungat: quam adimplere teneamini. Nulli ergo omnino hominū liceat/hanc paginam nostre absolutionis/dispensationis et voluntatis infringere/vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare presumpserit: indignationē omnipotentis dei/ac beatorū Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursuruz. Datis Rome apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dominice/ Millesimo quingētesimo tertio/septimo calendas Januarij/ pontificatus nostri anno primo.

¶ Dubitationes q̄ ex themate atq; dispēsatione oriūtur.

EX predicto enim themate atq; summi pontificis dispēsatiōe/ quāplurimas Inuictissime Cesar mouere possum⁹ dubitationes: Quas vt gradatim enucleare valeamus: non incongrue referri posse existimamus.

¶ Prima enim dubitatio est. An relictam Illustrissimi domini Arcturi fratris absq; liberis defuncti/ Serenissim⁹ domin⁹ Hēricus eius frater in vxorem diuina lege ducere potuit: An hoc sibi iure diuino prohibitum fuerit.

¶ Secunda. Dato quod gradus predict⁹ lege diuina prohibitus extiterit: An Summus pontifex in huiusmodi gradu prohibito ex causa dispensare potuerit.

¶ Tertia. An beneficiū pacis/ eiusq; conservatio/ legitima causa dispensandi fuerit.

¶ Quarta. An Summ⁹ pōtifex In dispēsatione causaz teneatur exprimere: Et si causam nō expresserit: An pro eo/quod ex causa scilicet dispēsauerit/ p̄sumetur. An vero dispensatio tunc vitietur: An saltem in foro contentioso sustinebitur.

¶ Quinta. Si causam in dispēsatione Sūmus pontifex expresserit/ q̄ vera forsan non fuerit: An ex falsa cause expressione dispēsatio vitiabitur: An etiam in foro cōtentioso/ pacto aliquo sustinebitur.

¶ Sexta. Causa cōseruatiōis pacis et amicitie que in suprascripta dispēsatione exprimitur: An mostrabitur et reputabitur falsa/et dispensatio sub repticia/eo quod dominus Henricus tunc impubes erat: et cōcupiscētiam atq; discretionem ad conseruationem pacis non habebat.

¶ Septima. Si causa vera in dispēsatione expressa fuerit: t tempore quo matrimoniū contractum fuit/ dispensationis causa cessauit: An cessare debuit dispensatio.

¶ Octaua. An ad dispensationem predictam obtinendam/ speciale mandatum requiratur.

¶ Nona. An Sūmi pontificis assertioni atq; narrationi/ pro parte Serenissimi Hērici id supplicatū fuisse dicētis/ sit Standū: Taliter q̄ mādatū precessisse presumam⁹: Et onus probandi oppositum/ in Serenissimū dōm regem transferamus.

¶ Decima. Vtrū dispensatio predicta nulla dici possit: eo quod cum duo impedimenta tam affinitatis/ quam publice honestatis iusticie subsint: nulla de publice honestatis iusticie impedimento in dispensatione mentio facta fuit.

¶ Undecima. Quia dictus Serenissimus dominus Henricus/ obtente dispensationis tēpore impubes (vt fertur) erat: t sic ad matrimoniū contrahendum inhabilis: An erit ex hoc inefficax dispensatio licet factus maior matrimonium contraxerit: An vero satis sit/ quo ad effectum tollende Affinitatis impedimentum/ cum habilē fuisse: Vel an sufficiat/ executionis tempore ipsum habilem extitisse.

Digitized by Google

¶ Duodecima. An prestatio A Serenissimo domino Henrico in puberratis initio vt fertur facta/vitiet tam sponsalia antea cōtracta/q̄ dispensationem: An vero propter subsequens matrimonium/et propter copulam carnalem postea subsecutam/longamq̄ cohabitationem/a protestatione videatur recessisse: et dispensationem predictam confirmasse.

¶ Decima tertia. An ex Illustrissimi domini Arcturi et Serenissime domine Catherine cohabitatione/et thori communione/censeatur inter eos matrimonium consumatum fuisse: et carnalem copulam interuenisse.

¶ Decima quarta. Dato quod matrimonium predictum consumatum fuisse videatur: et quod carnalis copula inter eos presumatur: An dicta iuris presumptio eo cessabit: quod pluries dictus Serenissimus dominus Henricus se dictam dominam Catherinam virginem inuenisse/et ab Arcturo fratre minime cognitam fuisse confessus fuit. Quod quidez Serenissima domina Catherina iureiurando et asserit et asseruit. Scilicet quod ab Arcturo principe Illustrissimo nunq̄ cognita fuit. Et sic an magis coniugum confessioni/quam iuris presumptioni sit standum.

¶ Decima quinta. Posito quod Serenissima domina Catherina ab Illustrissimo Arcturo carnaliter cognita fuerit: An dispēsatio vitiabitur: Eo quod non firmiter ⁊ indubitanter et sic affirmatiue/sed sub dubio forsan id in dispensatione expressum fuit.

¶ Decima sexta et vltima dubitatio. Vtrū dispēsatio predicta nulla seu subrepticia dici poterit: eo quod cum matrimonium cuz relicta fratris absq̄ liberis premortui in Agathensi consilio prohibitum extiterit: nulla dicti consilij specialis mentio seu derogatio a summo pontifice facta fuit. An vero sufficiat: Summum pontificem clausulam illā generalem (Constitutionibus scilicet et ordinationibus apostolicis ceteriscq̄ contrariis non obstantibus apposuisse.

¶ Authoris excusatio.

ET si vtilius mihi foret harum dubitationum examen omittere: q̄ animi mei sententiam libere testari: Siquidem tacendo potiusq̄ loquēdo omni ex parte mihi consulere videret: Nam locutos q̄ multos penituit: tacuisse nunq̄. Tamen cuz tue Maiestatis Invictissime Cesar res ppria existat: non potui et maxime iussu tuo non rumpere silentium meum: non verbis tantuz/verū scriptis quoq̄/quid de hac re ego censeā patefaciens. Ju qua si quid ame boni et veri dictum fuerit: Omnipotenti deo laus referatur: Sin autez mali/correctione vel emendatione dignum proferam: cuz ingenium meuz tetet Ouidio/longa sit rubigine lesum: Judicio sancte matris ecclesie cui semper me parere protestor: ⁊ eiusq̄ rectius ac meliꝰ sentientis prout me subijcio/subijciatur: Rationibus euertetur: pedibus teratur: ac funditus tāq̄ herba mala erradicetur. Nihil enim veritati contrarij asserere aut affirmare intēdo: Sed cū Hieronymo ab eo qui sedem et fidem tenet/et a quocunq̄ alio corrigi ac emendari volo. Immo cum Augustino/ab anicula edoceri cupio. Prius tamen redemptoris domini nostri Jesu christi Ac intemerate sacratissimeq̄ virginis Marie presidio/supplici corde inuocato: Qui vt Exodi tertio legitur Moysi cum inuocanti respōdit: Perge in quiens/⁊ ego ero in ore tuo: docebocq̄ quid loquaris: Rem vestram Aggredior.

¶ Authoris protestatio.

¶ Diuini nominis inuocatio.

Prima pri cipalis q̄stio seu dubitatio

QUantū ad primam p̄sentis cause dubitationem/ Quaeritur et dubitat: an Serenissimo Henrico Anglo ꝙ regi huiꝰ nominis octauo/ Serenissimā Katherinaꝫ Illustrissimi Arcturi quondā fratris sui/ vxorē absq̄ liberis decedētis ducere liceret: An hoc sibi diuino iure prohibitū extiterit: Quia varias reperio doctoꝝ opiniones: ꝛ secundū varietatē temporum varias inuenio fuisse institutiones: Ideo vt melius huius dubitatiōis veritas demonstretur: diuersa ac varia tempora exactissimo considerāda.

1 Quādo ꝛ q̄re mat̄i monij sacramētuꝫ fuit institutū

QUonsiderandū enim censeo: Nō quamuis ab humani generis initio (Inuictissime Cesar) Animantiū olim Maris ꝛ femine libera esset cōiunctio. cuius naturale. prima distin. l. prima. ff. de iusticia ꝛ iure. Institu. de iure natura. gen. ꝛ ciuili. Omnipotens tamen deus inter hoīes (In innocētie statu/ scilicet ante hois peccatū/ in humani generis propagationē: vt inter ipsos immaculatus thorus ꝛ honorabiles nuptie essent: ex quibus sine ardore concupiscētie cōciperēt: ꝛ sine dolore parerent: Et post peccatuꝫ/ ad fornicationis euitationē: vt Apostolus ad Corinth. primo. c. vij. scribit: ꝛ habetur. in. c. sicut el primo. §. his ita. xxxij. q. ij. et in. c. nemo. xxxii. q. iij.) matrimonij sacramentū. vt genesis. ij. legitur instituit. Et i sui diuina institutione/ solūmodo patrē ꝛ matrē tunc tēporis excepit: vt nec filius cū matre/ nec filia cuꝫ patre/ ꝛ econtra/ matrimonium cōtrahere possent: Ceteros autē matrimonialiter copulari minime vetuit. Relinquet hō (inquiens) patrē et matrē: et adherebit vxori sue. Aliaꝫ personam vxoris ꝛ aliā matris/ Aliam personam mariti ꝛ aliā patris (ne subiectionis/ dominij/ obedientie/ potestatis/ et generationis ordo cōfunderetur) esse precipiens. Alios vero tā fratres cum sororibus/ et fratrum vxoribus/ quam sorores cum fratribus Ceteroscq̄ similes consanguinitate et affinitate coniunctos (necessitatis causa cum tunc gentes nō essent) matrimonium inter se cōtrahere posse minime vetans.

2 Que psone legis nature tēpore a matrimōio excludēbātur et que non.

3

4

5

6

7 Tpe legis nature frater ad ducendū relictā p̄mortui absq̄ liberis fratris ex gentiū cōsuetudine obligabatur.

¶ Cuius diuine permissionis vigore/ filij Ade/ cum sororibus cōtraxisse nullatenus dubitamus. Nam vt beat⁹ de ciuitate dei. lib. xv. c. xvj. scribit Augusti. et habetur in. c. ij. xxxv. q. prima. Cum genus humanum post copulam viri facti ex puluere/ et coniugis eius ex viri latere martum feminarumq̄ commixtione opus haberet: vt gignendo multiplicaretur: Nec essent vlli homines nisi qui ex illis duobus nati fuissent: viri sorores suas/ coniuges acceperunt.

¶ Et eadem permissione Nachor cū Melcha filia Aran fratris sui/ matrimoniū contraxisse. Gen. xj. reperimus. ¶ Et Thare patrem Aram/ mortua eius vxore/ mortuoq̄ filio suo Aram/ dicti filij sui vxoreꝫ duxisse: et ex eadem filij vxore nuruq̄ sua Sarram genuisse: eādemq̄ Sarram postea alteri filio Abrae scilicet et dicte Sarre fratri i vxorem dedisse: Secundum Ugonis et aliorū opinionem. Geneſis. xx. legimus. ¶ Et etiā Jacob duas in vxores duxisse sorores/ Geneſis. xxix. scriptum inuenimus. ¶ Et Thāmar cum duobus fratribus matrimonium contraxisse: fratremq̄ vxorem fratris absq̄ liberis premortui duxisse: et ad eādem mortuo absq̄ liberis fratre ducendam/ ex gentium consuetudine obligatum fuisse: Geneſis. xxxviij. reperimus.

ADeo em̄ Inuictissime Cesar hoc de fratris vxore absq̄ liberis premortui ducēda/ legis nature tempore inter gētes obseruatur: quod eoꝝ consuetudo et obseruātia apud eos quasi pro lege tenebatur. Et tā frater q̄ relictā absq̄ liberis fratris ducere recusabat: q̄ vxor q̄ sic relicta/ cū alio quā cum sui mariti fratre post eius obitum rem habebat: cōsuetudinis transgressores Geneſis. xxxviij. putabātur. Judas em̄ post duoꝝ filioꝝ/ Her scilicet et Onā interitū: quos Thāmar nurui sue successiue maritos dedit: ipi nurui in viduitate et absq̄ liberis permanenti: Esto vidua in domo patris tui: donec crescat Sela filius meus. Et quāuis timeret (vt ibi textus dicit) ne et Sela qui tertius illi filius erat/ sicut fratres eius mortui fuerunt/ ꝛ ipse moreretur: Timore tamē post posito/ filiū Sela predictū nurui sue tradere/ ꝛ discrimini se exponere

Digitized by Google

non dubitauit: vt potius patrum cōsuetudinem ipsum ad hoc compellentem/ et legis quamuis non scripte vigorē habentē obseruaret: q̄ quod dicte consuetudinis transgressor fieret: legisq̄ etsi non scripte violator existeret. Sed cū crescēte filio/ quod promiserat/ quodq̄ consuetudo exigebat/ adimplere neglexisset: et quadam die ad nurum predictā ipa ob hoc illū depositis viduitatis vestibus decipiente/ ipsoq̄ illā non cognoscēte/ immo meretricem esse putante ingrederetur: ⁊ cum eadem rem habuisset: seq̄ post ea deceptum cognouisset: Nurum suā se iustiorem fuisse affirmauit: eo quia eandem filio suo Sela (prout tenebatur) tradere recusauit. Et eo quia ipsa non turpitudine vaga sed procreationis causa filios requisiuit: quos ex priorib⁹ maritis Her scilicet ⁊ Onā fratribus ob eorum nequitiaz habere minime potuit. Nam vt hebrei inquiūt/ ⁊ doctores ibi catholici referunt: Adeo Her ad Thāmar vxorem suam libidinose accedebat: qō ne ex impregnatione/ ei⁹ pulcritudo minueretur: Et ne ad tempus ideft purificatione durante/ illius concubitu priuaretur: semē in terrā fundere studebat. Quod quidem et Onā ne primogenitus filu⁹ fratri ascriberetur: similiter faciebat. ¶ Patet em̄ Thāmar et ex verbis dicti textus clarissime colligitur/ cum dictis duobus Jude filijs carnalem copulam habuisse: et minime prout aliqui nituntur asserere virginem remansisse. Quē si virgo vt ipsi aiunt remansisset: eandem Judas eius socer/ quādo cū ea coituz habuit: virginem inuenisset. Et sic repertā/ nullatenus post coitum predictum/ eandez meretricem esse putasset: nec vt meretricem vt pignora recuperare posset: ab alijs perquiri iussisset.

EX quibus omnib⁹ (Inuictissime Cesar) euidenter atq̄ notorie patet: tempore legis nature/ tam sororum cum fratribus/ q̄ fratrum cum sororibus et fratrum vxoribus precipue absq̄ liberis morientium/ ceterorumq̄ propinquorum (Exceptis tamen parentibus atq̄ filijs: Cuius exceptionis rationem/ latius in sequenti secunda principali dubitatione/ in respōsione ad secundam illius dubitationis difficultatem monstrabimus) licitum permissumq̄ fuisse cōiugium. Et casum precipue nostruz quod frater scilicet vxorem fratris absq̄ liberis premortui etiam carnaliter cognitam ad suscitandum prolem ducere posset: non solum diuina permissione inuenimus tolleratum: sed quadam etiam hominum cōsuetudine/ legis vigorem habente/ reperimus approbatum. Non enim Sela filium suuz tertium tāto discrimini Judas exponeret: nec se minus iustum ex sui negligentia reputaret: nisi ⁊ ipsum patrū consuetudo ad hoc compelleret et obligaret: Seq̄ ad id obligatum esse cognosceret.

SEd quia omnia predicta/ intentione atq̄ proposito procreandi prolem eo tēpore attētabantur: quadamq̄ necessitate in statu nature nō multiplicate pmittebantur: Et honestum decēq̄ erat/ quod in statu nature multiplicate/ iam homines cū sororibus quibusdamq̄ consanguineis nō conungerentur: Cum iam magna gentiuz copia esset/ vnde vxores duci possent: que minime sorores neq̄ consanguinee extitisent: Dominus (vt Leuitici. xviij. legitur) sicut patrem et matrem prime institutionis tempore antea exceperat: Ita fratres et sorores/ alias q̄ personas tam cōsanguinitate q̄ affinitate cōiunctas ibidem numeratas/ vt inter ipsas matrimonium esse nō posset: inquantum earum turpitudinem reuelari phibuit: Similiter excepit. Et hoc ideo qi (vt Rabi Moyses scribit: et beatus Thomas post alios super quarto refert sentētiarum distinc. xl. Uersiculo ad quartū.) Cuz predicte persone in vna familia habitare solite essent: magnum incentiuum libidini prestaretur: si interse carnalem copulā licite habere potuissent. Et secundum beatum Augustinum Non tantā charitatis et socialis dilectionis copiositatem interse habere possent: si prout tempore legis nature contrahebant: tempore legis scripte contraxissent. Habita est enim (vt beatus idem de ciuitate dei: lib. xv. c. xvj. scribit Augustinus) Ratio charitatis rectissima: vt homines quib⁹ esset vtilis atq̄ honesta concordia/ diuersaz necessitudinum vinculis necterentur. Nec vnus in vnam multas haberet: Sed singule spargerentur in singulos: et sic ad socialem vitā diligentius colligandam/ plurime plurimos obtinerent. Pater quippe et socer/ duarum sunt necessitudinum nomina. Ut ergo alium quisq̄ habeat patrem/ aliuz socerum: numerosius se charitas porrigit. Utrumq̄ autē (scilicet Adam) esse cogeba-

Que personeretempore legis scripte a matrimōio excluō bātur.

tur et filijs et filiabus suis: quando fratres sororesq; connubio iungabãtur. Sic ꝛ Eua uxor eius uirq; serui filiorum fuit ꝛ socrus et mater: que si due femine fuissent: mater altera: et socrus altera: copiosus se socialis dilectio colligaret. Ipsa denicq; sorori q̃ etiaz uxor fiebat/ duas tenebat una necessitudines: quibus per singulas distributis/ ut altera esset sorori/ Altera uxori: hominũ numero socialis ꝓpinquitas augebatur. hec ille. Sed illud tunc demum fieri licebat: quando ꝓpter hominum raritatem/ homines ad talia faciendum/ necessitas ipsa cogebat. Et quamuis fieri debuit quando potuit: Uel aliquando fieri licuit: Dominus tamẽ ut diximus (ut amplius hoc fieri non liceret:) sua speciali lege prohibuit.

¶ De quo Commestor historiarum magister super leuiticuz capitulo vigesimo quarto scribens meminit/ dicens. In primoruz quidem parẽtum coniugio/ ꝓpter hominum raritatem/ Solum duas personas excluſit dominus a coniugio/ dicens. Propter hoc relinquet homo patrem et matrẽ: idest/ nec filius matri/ nec patri filia/ copulabitur. Sub lege vero plures excepit/ que sunt fere duodeciz. Mater/ Nouerca/ Soror/ Neptis/ Amita/ Matertera/ Uxor patrui/ Nurus/ Uxor fratris. Sed hoc de fratris uxore (ut ipse inquit et inferius dicemus:) determinationem recepit.

¶ Meminit etiam Hugo/ quem Alexander de Ales. In tertio refert sententiarum. q. xxvij. Articulo. iij. §. ij. Et ipse Alexã. tradit. q. xxxv. In sexto principali membro. et in secunda parte sue summe. q. clxix. In secundo membro. Duas (inquiens Hugo) personas institutio excepit: scilicet patrem et matrem. Uenit postea institutio secunda que per legem facta est: et excepit quasdam personas alias: siue ad decorem nature/ seu ad pudicitie augmentum. Tunc cepit ex prohibitione esse prohibitum: quod ex natura fuerat concessum.

¶ Et Petrus blesensis In epistola. cxvj. etiam mentionem fecit/ dicens. In primorum parentũ coniugio/ due tantum persone pre raritate hominũ (pater ꝛ mater videlicet) a lege coniugali excepti sunt: vbi dicitur/ ꝓpter hoc relinquet homo patrem ꝛ matrem: et adherebit uxori sue: idest/ Nec patri filia/ Nec matri filius/ Matrimonialiter adherebit. Processu temporis excepit legislator Matrem/ Nouercam/ Sororẽ/ Neptem/ Amitam/ Materteram/ Uxorẽ patrui/ Nurum/ Et uxorem fratris. ꝛc. Uidentis scilicet/ Uel cum liberis vt infra dicemus decedentis.

¶ Nec non beatus Bonauẽtura In quarto sententiarum. Distinc. xl. in. iij. q. vbi etiã Petrus de palude. Ricardꝰ de media villa. et communiter doctores meminerunt. In principio (inquiẽs) in cõstitutione matrimonij i lege nature due excipiebãtur persone: scilicet pater et mater. Genesis. ij. Relinquet homo patrem ꝛ matrem. ꝛc. Post processu temporis/ in lege fuerũt plures excepte: sicut patet Leuitici. xviij.

¶ Quarum personarum exceptio atq; coniungendi prohibitio/ An de iure etiam naturali fuerit: ꝛ an aliquid ꝛ quantum moralitatis habuerit: An vero legalis atq; iudicialis extiterit: Cum ad presentis nostre prime principalis dubitationis declarationem declarationem atq; verificationem id minime necessarium existat: Quia soluz querimus/ et an relictam absq; liberis defuncti fratris in uxorem ducere/ iure diuino/ siue morali/ siue Cerimoniali/ siue legali et iudiciali fratri prohibitũ fuerit necne tm̃ modo dubitamus: Id ꝓ nũc examinare nullatenus cõgruum existimamus. Sed in sequẽti secunda principali dubitatione vbi dispensationis materiã/ et summi pontificis circa dictarũ personarum coniugia dispensandi potestatẽ adducemus: Illud plene Ibidem in secũdo ꝓ parte negatiua fundamento/ et in dicti secundi fundamenti solutione atq; respõsione tractabimus.

Post cuius diuine legis institutionem/ leuiticamq; prohibitionem/ (et si antea predictarum personarum cõiugia permittebantur) nullatenus tamen post eius publicationez/ fieri amplius debuerũt. Quinimmo ꝛ que in contrariũ acta fuerũt: illicita ꝛ contra diuinam legem celebrata gẽtes ipse reputarunt: idq; malum ꝛ indecens esse a tempore legis scripte censuerunt.

¶ Et quãuis. Quãplurimos contra predictã diuinã dispositionẽ/ cũ predictis psonis de facto cõtraxisse: et contrahendi consuetudinẽ habuisse: suasq; cõsanguineas atq; affines violasse: ꝛ cũ eisdem strupũ/ adulteriũ/ ꝛ icestũ cõmisisse: varijs i locis reperiam⁹. Nam vt Ezechiel. xxij. scribitur. Unusquis

13 Quaz pluri- mi post le gẽ scri ptã eũ parẽti bus et filijs / aliisq; cõsan guine is coi mz ha buer

Digitized by Google

ꝙ in vxorē proximi ſui operatus eſt abominationem: et ſocer nurum ſuam polluit nepharie: frater ſororem ſuam filiam patris ſui oppreſſit. Non tamen propter hoc/eorum coniugia poſt legem ſcriptam facta/licita atq; permiſſa fuiſſe affirmamus.

14 ¶ Nam & ſi Othoniel Aram filiaꝫ fratris ſui Caleph/de facto Joſue.xv.in vxorē duxerit: illicite tamen eandē duxiſſe credimus.

15 ¶ Et propterea parentes ad Sanſon filiū/ſibi vxorem de filiabus philiſtinoꝝ poſtulātē/nō recte forſā fuiſſe locutos exiſtimam⁹: dum parentes ipſi/iudicum. xiij. filio prędicto dixerunt: Nunquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum: Quaſi cum filiabus fratrum licitum tunc fuiſſe coniugium non dubitarēt.ſed forte de filiabus fratrū/ideſt de deſcendentibus ex fratribus/etſic de propria cognatiōe/domo/atq; familia/iuxta illud Numeri.xxxvj.et Deute. c.vij. et non prout verba ſonant/vxorem ducendam eſſe cenſuerunt.

¶ Sicq; ipſi minus recte forſan fecerunt: quando vxoris ſororem filio ſuo iudicum. xv.dare voluerunt.

16 ¶ Nec Amnō ab inceſtu excuſari potuit: qui(vt regum.ij.c.xiij. ſcribitur) ſororē ſuā Thamar taliter oppreſſit:quod eādem coacte atq; violēter ſtrupauit:propter quod ab Abſalone fratre(vt ibi tertus dicit/et habetur.in.c.ſicut.§ neceſſe.xlvij.Diſtinctio.)in conuiuio interfectus fuit. Dicebat enim/ei ſoror/ Noli frater mi/noli opprimere me: neq; enim hoc fas eſt in iſrael. Noli facere ſtultitiam hanc:ego enim ferre non potero opprobrium meum:et tu eris/quaſi vnus de inſipientibus in Iſrael. Quin potius/loquere ad regem: et non me negabit tibi. Quod vltimum de petitione regi fiēda potius ipſa dixit:vt fratris violentiam euadere poſſet:quam quod tale coniugium eo tempore licitum fuiſſe affirmaret.

17 ¶ Cuius hiſtoriam/et quod Thamar vere filia Dauid/et ſoror Amnon/ſicq; eorū conſanguinea fuerit:late Antiquitatum libro ſeptimo/capitulo octauo. Joſephus hiſtoricus deſcripſit. Reuertēte(inquiens) hieroſolymam rege/domus eius turpi vitio maculata eſt. Erat enim illi filia virgo/nomine Thamar:pulchritudine valde precipua: Ita vt oēs fęminas ſpecioſas euinceret. Huic frater erat Abſalon eyna genitrice generatus. Hanc Amnon filiorum Dauid ſenior concupiuit. Subiungens infra. Cumq; confeſſus fuiſſet Amnon paſſionē ſuam:et quia ſororem ſuam conſanguineaꝫ concupiſceret:conſilium ei ſuum/deſiderium q; adipiſcendi hoc modo dedit.ꝛc. Subiūgens etiam poſtea. Juſſit ſcilicet Amnon vt ei ſoror libum ad interiorem locum domus afferret. Quod dum puella feciſſet:apprehendens eam: vt cum ea concumberet ſuadere tentauerat. Puella vero clamabat dicens. Noli violentiam facere:nec impietatem fratrem inferre. Noli leges tranſcēdere:et te iniquiſſima confuſione miſcere. Sed quieſce a tam iniuſto et ſceleratiſſimo deſiderio:ex quo opprobrium ꝛ turpitudo noſtre domui perpetua cōferatur. Adijciens. quia ſi de hac re loqueretur patri: coniugiū eius non denegaret ei. Et hec quidem dicebat:volens ad preſens eius petulantiam declinare.hec ille.

¶ Sunt tamen qui dicūt:nullatenus Thamar Dauid regis filiam/nec Amnon ſororem extitiſſe:ſed ex primeuo quondam matris marito/et ex Maacha matre(quā poſt ea Dauid duxit vxorem)conceptam genitamq; fuiſſe. Et propterea eius atq; Amnō coniugium/illo etiam tempore minime improbari potuiſſe. Quam opinionem. Hugo Cardinalis. et Nicolaus de lyra. Hec non ceteri ſcribentes In dicto decimo tertio capitulo tenuerūt. Quamq; etiam Petrus de palude. Joannes maioris. ꝛ quamplurimi alij ſuper quarto ſententiarum. Diſtinctio. xl. ſecuti fuerunt. 18

¶ Sic et Adonie petitio contra legem forte facta fuit:quando Abiſac Sunamitē(regum tertio.capitulo ſecundo.ſibi in vxorem dari poſtulauit. 19

¶ Et propterea illud quod Tobias In octauo Tobie capitulo/de ſorore ſua dixit: quando et ipſe eandem in vxorem duxit: Non de ſorore/ſed de conſobrina(Secundum.Glo.ibi)intelligi debuit.alias diuine diſpoſitioni repugnaret. Sicut quamplurimorum tam infidelium quam fidelium mores repugnarunt. Qui cum ſororibus aliiſq; conſanguineis Quinimmo ꝛ cum matribus aliquando contraxerunt: et quamuis peſſime coniungendi libertatem habuerūt. 20 21

¶ Tales enim Arabum/Thracum/Magorum/Perſarum/Mauranorum/Britannorum/et aliorum ſimilium mores extiterunt. Quos antiqui atq; moderni hiſtorici multis in locis/et precipue Sabellicꝰ in ſua prima hiſtoriarum parte. Enneade pri- 22

Digitized by Google

ma libro.iij.t octauo.t Enneade.iiij.lib.vj. et parte.ij.Enneade sexta retulerunt.

23 ¶ Similes t Tartarorum mores fuerunt: Quibus post patris obitum fas est nouercam sibi in matrimonio iũgere: fas etiã fratri nupta fuerit. Solũ enim (vt Archiepisc. Florẽ.in.iij.sue historie parte.tit.xix.c.viij.§.iij.scribit) tres personas ab eorum matrimoniis ipsi excludunt: Cum reliquis vero personis nullum inter eos cõsanguinitatis neq; affinitatis gradum seruant.

24 ¶ De Enos etiã maxima Syrie vrbe Berosus babylonicus scribit: quod in ea homines magne sunt staturę: Aut cum sororib⁹ aliis q; consanguineis coniunguntur.

25 ¶ Et de dario/Marcus Anthonius sabellicus In eadem prima parte. Enneade secunda/lib.vij.retulit. Quod regnum persarum adeptus/duas Cyri filias/Atossaq; que Cambisi nupserat: et Aristonam virginẽ/sibi iunctim in matrimonio iunxit.

26 ¶ Et de Ptholomeo Enneade quarta/libro octauo etiam mentionẽ fecit inquiens. Quod cum Macedonie regnũ scelere quesitum obtineret: sororem suam Arsinoẽ scilicet/vxorem duxit. Et vt ipsam Cassandre vibis possessione pellaret: Cum eadem nuptias celebrauit.

27 ¶ Et de Demetrio/qui socrum suaz duxit et cum ea stupum commisit: Eadem Enneade quarta/libro nono retulit.

28 ¶ Sic et Ptholomeus Euergetes/philometoris regis filius/septimus Egyptiorũ Rex/A deo luxurie dedit⁹ fuit: Quod (vt Herodianus grecus refert) filios ex sorore sua/t ex vxoris sue sorore suscepit: et etiam vxoris filiam per vim stupauit.

29 ¶ Sic Caius Caligula Romanus imperator (teste Suetonio) cum omnibus suis sororibus similem stupri consuetudinem fecit. Et Drusillam vnam earum in modum iuste vxoris propalam habuit.

30 ¶ Sic Mausoli⁹ Rex/Artamisiam sororem suam vxorem duxit.

31 ¶ Quod et Fannus Pici Regis filius (prout in supplemento supplementi cronicarũ lib.iiij.scribitur) similiter effectuauit.

32 ¶ Sic Euridices Macedonie regina (vt Justinus libro septimo scribit) Amyntam regem virum suum occidere decreuit: et cũ eius genero nuptias pactauit: Sed cũ filia pellicatum matris et sceleris consilia prodidisset: id effectuare minime potuit.

33 ¶ Sic Domicianus Romanor̃ Imperator (vt plinius iunior ad Cornelĩ scribit:) Juliam Titi fratris filiam incesto vitiauit. De quo Suetonius etiam mentionem fecit: fratris filiam (inquiens) adhuc virginẽ oblatam in matrimonium sibi/cũ deuictis Domicie nuptijs pertina cissime recusasset: non multo post alij collocatam viro coruppit. Et quidem viuo etiaz Tito/Vor patre ac viro orbatam ardentissime palamq; dilexit: vt etiaz causa mortis extiterit coacte conceptum a se abigere.

34 ¶ Sic Carolus Magnus (vt Petrus de palude super quarto refert sententiaz. Distinctio.xli.q.prima. Articulo primo, cõclusione tertia) cũ sorore sua incestũ cõmisit: ex qua Rolandum filiũ ac nepotem genuit.

35 ¶ Sic etiam Secundus Imperator/Herici sexti imperatoris filius/non contentus vxore Joãnis Hierosolimitani regis filia: Neptem vxoris Elam violauit: Et vt Archiepisco, Florenti.in tertia sue historie parte.tit.xix.c.vj.§.primo scribit: vxorem eaz ob hoc reprehendentem occidit.

36 ¶ Sic Osiris Isidem sororem suaz (teste Diodoro) vxorem duxit.

37 ¶ Sic Saturnum opim/Jovem iunonẽ/Et Oceanuz Tethyn/sorores suas duxisse: quamplurimi precipue Ouidius lib.nono retulerũt. His verbis Ouidius inquiens. Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit: Oceanus Tethyn: Junonem rector Olimpi. De quo Virgilius etiam in suo primo Eneidos libro meminit dicens. Ast ego que diuum incedo regina iouisq; t sororꝫ et coniunx.

38 ¶ Sic Mars t Venus fratres/a Vulcano in ipso concubitu teste Ouidio lib.quarto deprehẽsi fuerũt. Poimus (inquiẽs) Adulterij Veneris cũ Marte putatur: hic vidisse deus: videt hic deus omnia primus.

39 ¶ Sic t alios quãplurimos eadem Illicita matrimonia cõtraxisse/multaq; alia similia delicta commisisse ac perpetratos fuisse reperim⁹: quos pro nunc Euitande prolixitatis causa nullaten⁹ referre curam⁹. Predicta tñ (etsi quodãmodo ad casuz nostrũ minime necessaria minimeq; pertinentia esse videantur) solum adducere decreuimus: vt permultorũ contigia contra predictaz licitã diuinãq; dispositionem facta fuisse videamus: premaxime cũ t doctores theologos precipue Joãnem de maioris. in quarto sententiarum. Distinctio.xl. nonnulla similia in proposito t coniunctionis materia

Digitized by Google

adduxisse reperiamus.

40 ¶ Quoꝝ omniū et similiū personarū coniugia quia contra diuinam prohibitionem / leuiticamq; dispositionē absq; causa ꝛ summi pontificis dispēsatione facta fuerūt: malum finem / malumq; exitum (vt ex predictorum et aliorum auctorum dictis colligi potest) habuerunt. Quę bonum finem / bonūq; exitum habuissent: si ex causa ꝛ cum summi pontificis dispensatione (vt in sequenti proxima principali dubitatione dicemus) facta necq; celebrata fuissent.

42 ¶ Nam de Anthonio Caracalla Imperatore legitur: Quod cum Iuliam nouercaꝝ suam / vxorem duceret: et Papinianum iureconsultum / ipsum ob hoc reprehendentem occideret: propter hoc et propter multa alia mala ab eo perpetrata / ipse ab hostibus circumuentus occisus fuit.

43 ¶ Sic ꝛ Claudius. C. Caligule patruus / eo quod Agrippinam fratris sui filiam cōtra ius fasq; vxorem duxit: ab eadem postea (teste Platina de vita christi et pontificuꝝ omnium historia circa principium) quarto decimo imperij anno / boleti veneno illitis / necatus extitit. De quo etiā Suetonius scribēs meminit. Agrippine (inquiēs) Germanici fratris sui filie per ius osculi et blandiciarum occasiones / preallectus in amorē: subornauit proximo senatui: qui censeret / cogendum se adducendum eam vxorem: quasi reipublice maxime interesset. Quādamq; ceteris veniam talium coniugiorum: que ad id tempus incesta habebantur. Ac vix vno interposito die / confecit nuptias: non repertis qui sequerentur exemplum. Excepto libertino quodam / et altero primipalari: cuius officium nuptiarum et ipse cum Agrippina celebrauit. hec ille.

44 ¶ Sic etiā Belides Beli neptes ꝛ Danai filie patruelis cōiugio iugate (teste Ouidio Epistola. xiiii.) patrueles ipsos occiderūt.

45 ¶ Sic de Macareo Eoli vētorum regis filio / Ouidius in epistola / ꝛ in octauo Metamorphoseos libro refulit: Quod cum ipse cum Canace sorore coiuisset: et ex ea filiū genuisset: idq; maleficiū ad patris aures peruenisset. Macareus patris metu aufugit: Canaces vero (ense a patre vt se interficeret misso) se ipsam interfecit.

46 ¶ De Ludouico etiam Fracie rege Philippi regis filio / Archiepiscopus Florentinus In tertia sue historie parte. titulo. xxi. c. iij. §. iiij. refert. Quod tam ipse quā Philippus et Carolus eius fratres / infelices et male fortunati in eorum vxoribus fuerunt: Ideo quia in gradibus prohibitis cōtraxerunt.

¶ Ex talibus enim coniugijs ꝛ similib⁹ / sobolem nō posse succrescere / beat⁹ refertur Gregorius in responsionibus ad beati Augustini interrogationes: Interrogatione ꝛ responsione sexta. Quedam (inquiens) terrena lex Romana republica permittit: vt siue frater / siue sororis / seu duorum fratrum germanorum / vel duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus: ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. ꝛ habetur In capitulo quedam lex: trigesima quinta. questio. secūda. Nō quidem quamplurimi alij affirmarunt: id q; experimento verum esse cognouerunt. Pro quibus est textus. In vigesimo. Leuitici capitulo. vbi dominus inter alia dixit: Sicq; statuit atq; precepit. Qui coierit (inquiens) cum vxore patrui vel auunculi sui: et reuelauerit ignominiaꝝ cognationis sue: portabunt ambo peccatum iuum: absq; liberis morientur.

47

48

¶ Et propterea predictarum personarum coniugia / non solum diuine atq; humane leges tanquam illicita reprobarunt: Sed inhonesta eadem coniugia tam interse gentes ipse reputarunt. Et ideo Abram Sarai vxori sue Geneseos. capitulo duodecimo dicebat. Noui quod pulchra sis mulier: Et cum viderint te Egyptij / dicturi sunt: vxor illius est: et interficient me: et te reseruabunt. Dic ergo obsecro te / quod soror mea sis: vt bene sit mihi propter te: et viuat anima mea ob gratiaꝝ tui: Nam quamuis Sara eius vxor / vere soror illius fuerit: vt scribitur. Geneseos. c. xx. Ex quo tamen ipsa ad viri sui tutellam / ipsiusq; defensionem sororis nominabatur atq; vocabatur: Satis clare ex predicta sororis nominatione colligebatur atq; monstrabatur: quod que soror erat: Jam eo tempore fratris vxor mulatenus esse credebatur. Immo tale coniugium tam inter gentes post humani generis multiplicationem indecens / illicitumq; putabatur.

49

50

51

¶ Hinc Lucanus in octauo pharsalie libro / verba Lentuli ad Pōpeiū referens / et predictarum personarum coniugia damnans: Eademq; illicita atq; inhonesta et cōtra iuris dispositionem esse cognoscens: sic inter alia eius / verba dicebat. Jacuerit So-

52

Digitized by Google

roꝛes in fratrum thalamis: Sacretaq; pignoꝛa matrum damnat apud gētes sceleris non sponte peracti Oedipodionias infelix fabula thebas. ¶ Et propterea filie Loth quando patrem inebriarūt/ꝛ cum ipso doꝛmierunt: ab incestu (Geneſis.xix.) excusari minime potuerunt. ¶ Hinc summi pontifices quāplurima inter magnos principes matrimonia cōtra predictam diuinam pꝛohibitionem celebꝛata (que referre superfluum videretur) rescinderunt/cassarunt/reuocarunt/ et anullarunt. ¶ De Jacobo enim nostro Sicilie et postea Aragonum rege illud solum referam: quod cum Mariam regis Castelle filiam/sororē suam paternelem/in vꝛoꝛem duxisset (ea non dum defloꝛata. Romani pontificis iussu/ꝓpter tam cōiunctissimū cōsanguinitatis gradū) cum ea diuoꝛtium fecit: ꝛ Blācam Neapolitanoꝛum regia filiam vꝛoꝛem duxit.

¶ Patet enim/dominū deū nostrū/ꝛerum omnium creatoꝛem/predictaꝛum personaꝛum coniugia per suam predictam diuinaꝫ leuiticam dispositionēꝫ pꝛohibuisse: nec nō antiquissimam illam coniungendi libertatem restrinxisse. Et sicut patrem et matrem prime institutionis tempoꝛe exceperat: Ita reliquas personas in dicta leuitica decisione contentas ꝛ numeratas excepisse.

Ob in lege scripta re/per leuiticam dispositionē/ matrimoniū cū vꝛore fris absq; liberis ꝓmoꝛtui nullatenꝰ fuit ꝓpbitū

Sed quamuis illam interse cōiungendi amplissimam libertatem tēpoꝛe legis nature permissam (per predictam postea leuiticam dispositionem) dominus ipse restrinxerit: et personas in predicta leuitica lege numeratas (vt interse contrahere matrimonium minime possent) exceperit: Nō tamen propter hoc/quod frater vꝛoꝛem fratris absq; liberis premoꝛtui ad suscitandum semen ducere non posset: dominus ipse pꝛohibuit: Nec predictam iudeoꝛum consuetudinem de qua. Geneſis. xxxviii. et supeꝛiꝰ mentionem fecimus (quia de redemptoꝛe nostro ꝛ eius genealogia magnam figuram continebat: eo quia de talibus coniugiis filium suum descendere et in totius humani generis redemptionēꝫ mittere decreuerat) vllatenus reuocauit. Immo si honeste atq; catholice dici potest (dum inter alia in dicto leuitici decimo octauo capitulo contenta/dominus dixit atq; pꝛecepit: Aꝛoꝛem (in quiens fratris/nullus accipiat) potius eandem iudeoꝛum obseruantiam/taleq; fratris cum vꝛoꝛe fratris absq; liberis premoꝛtui matrimonium laudauit/ approbauit/ et confirmauit. ¶ A nullo enim vꝛoꝛem fratris premoꝛtui duci posse pꝛecepit: nō quia viduitatem defunctoꝛum vꝛoꝛibus inducere voluit: sed quia cum frater vꝛoꝛem fratris absq; liberis premoꝛtui ex ꝓdicta Antiquissima iudeoꝛum obseruantia vt diximus ducere tenebatur: hoc idem per legem vt nullus scilicet alius quam premoꝛtui frater illā ducere posset: obseruari iussit/statuit atq; decreuit. ¶ Quis enim dicere/et ex dictis leuitici verbis (vꝛoꝛem scilicet fratris tui nullus accipiat) colligere poterit: dominum videm viduarum matrimonium et sic secundas nuptias pꝛohibuisse: et quod mortuis viris in viduitate semper vꝛoꝛes remanerent iussisse: Certe nemo. ¶ Secūde enim nuptie/quando bono fine et ꝓpter pꝛolem generandam/necessitatemq; sustinendam fiebant: semper licite omni tempoꝛe extiterunt. Nam Abraam mortua Sarra eius vꝛoꝛe/secundam (Cetburā scilicet) duxit vꝛoꝛem. et ob hoc minime repꝛehensum fuisse reperimus. Immo ꝛ Apostolū ad Corinthios primo. c. vij. his verbis scripsisse legimus. Dico autem non nuptis et viduis: bonum est illis si sic permanserint/ sicut et ego. quod si non se contineant: nubant. Melius est enim nubere quam vri. Et ad Timotheum primo. c. v. ad Viduas loquendo. Volo autem iuniores nubere: filios procreare: matres familias esse: nullaꝫ occasionem dare aduersario maledicti gratia. Et propterea beatus in libro secundo contra aduersarium legum et pꝛopheꝛarumꝫ dicebat Augustinus: et habetur in capitulo deus. xxxi. q. prima. Deus masculū et feminam ꝓpagādi generis causa/nuptialē cōstituit cōiunctū: et secundas nuptias (que in vtroq; testamento permittuntur) licitas esse monstrauit. Et beatus Hieronymus pꝛonꝰ habetur. In. c. aperiant. eadem quēstione dicebat. Aperiāt queso aures ob tractatoꝛes mei: vt videāt me secūdas nuptias ꝛ tertias in domino concessisse (deest concessas ostendisse. qui secundas et tertias nuptias nō damnauit. ¶ Si enim deum secūdas nuptias vnq; damnasse/ Sed potius permisisse reperimus: nullatenus pꝛeceptū illud leuiticum/et verba illa (scilicet vꝛoē fratris tui nullus accipiat) aliter intelligere

poſſumus: quaꝫ quod aliuſ q̄ frater/vxorē fratris premortui ducere minime poſſet: dominum voluiſſe credamus. Si enim textus ille/ſicut vxorem fratris tui nullus accipiat dixit: Non ſic: ſed vxorē fratris ſui nullus accipiat dixiſſet: tunc verbum illud nullus/potius ad fratres q̄ ad extraneos referendum eſſe non dubitarem. ⁊ per predicta verba fratribus factaꝫ fuiſſe prohibitionē/ſcilicet quod fratrum vxores ipſi ducere nō poſſent/affirmarē. Sed cum textus ille ſingulariter atq; particulariter cū fratre loquatur: et ad illum dñs verba ſua direxerit: et poſtea quod nullus eandem in vxorem accipiat dixerit: neceſſario dicēdum eſt: dominuꝫ/illud verbum nullus/ad extraneos referre voluiſſe: ⁊ quod nullus alius q̄ defuncti frater vxorē eius ducere poſſet ſtatuiſſe. Nam ſi dominus fratrem ad quem verba predicta direxit/a tali matrimonio excludere voluiſſet: non ita obſcure et ambigue locutus eſſet: ſed clare atq; aperte ſcilicet/vxorē fratris tui non accipias dixiſſet. Pre maxime quia quando fratrem/a tali matrimonio excludere voluit: turpitudinem vxoris fratris, tui non reuelabis/incontinenti ſubiunxit. Quod non erat neceſſarium iterum repetere: ſi iam fratri per dicta verba/illud iam preceptum prohibitumq; fuiſſe videretur. Senſus ergo dictorum verborū fuit: vt quoſcumq; a matrimonio cum vxore ab aliquo abſq; liberis relicta contractādo (vbi defuncti frater exiſteret) excluderem⁹: ⁊ quod alius quam defuncti frater eandem ducere non poſſit: pro lege teneremus.

¶ Pro qua intelligentia et textus declaratione (que ſalua ſemper ſacroſancte matris eccleſie et cuiuſcunq; rectius ſentiētis correctione) vera et indubitabilis mihi videtur: adduco textum in Deuteronomio libro. c. xxv. (ibi Que ei lege debetur) clariſſime probātem: Ante predictā Deuteronomiā diſpoſitionem/vxoreꝫ fratris abſq; liberis premortui/ſuperſtiti fratri lege fuiſſe debitam. Nullam enim aute deuteronomiam diſpoſitionem (fratrem adhoc obligantem ſeu fratri hoc ius tribuētem) legem inuenimus: niſi tantummodo illam antiquiſſimā iudeorum conſuetudinē ⁊ obſeruātiam/de qua Geneſis. xxxviij. et ſuperius mentionē fecimus. Si enim fratri vxor fratris abſq; liberis premortui (vt textus inquit) lege antea debebatur: Neceſſario dicēdū eſt: Dictā leuiticā legē ſic declaratam et intellectā/ Hanc obligationem fratribus impoſuiſſe: dictamq; legem leuiticam/predictaꝫ iudeorum conſuetudinem et obſeruantiam confirmaſſe.

¶ Sunt tamen qui dicunt: verba illa/preceptumq; illud/(vxorem ſcilicet fratris tui nullus accipiat) quod in libris noſtris ſecundum beati Hieronymi traductionem/ordinationem/ſeu compoſitionem/et antiquam inuiolatamq; ſancte matris eccleſie approbationeꝫ communiter habetur:) In hebreo et libris correctis non inueniri. Quod ſi verum eſſet: quod non credimus: admodum conſiderationem/ponderationem atq; declarationē noſtram deſtrueret.

¶ Sed vtinam nouitates iſte/⁊ ſacre ſcripture noui precipue teſtamenti traductiones (que potius deſtructiones dici poſſunt quas hodiernis temporibus Immo quotidie fieri/ac impreſſionibus tradi videmꝰ:) totaliter deſtruerentur/diſſiparentur/⁊ cū earum inuentoribus conburerentur: vt ab hominum memoria penitus delerentur: et vt tot confuſiones ac interpretationum traductionumq; diuerſitates in eccleſia dei minime cauſarentur. ¶ Magne enim audatie eſt: velle mutare/tollere/corrigere/addere/vel emēdare quod per tot ſanctos catholicoſq; doctores/per ſanctam etiam catholicam eccleſiam/a tanto tempore inuiolabiliter ſeruatum/laudatum/cōfirmatū: ⁊ approbatū fuit. ¶ Et propterea Hylariꝰ papa in. c. nulli. xxv. q. prima dicebat. Nulli fas ſit: ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones/vel apoſtolice ſedis decreta, temerare. Quia nos qui potentiſſimi ſacerdotis adminiſtramus officia: talis trāſgreſſionis culpa reſpiceret. Scriptuꝫ eſt enim Deuteronomio. c. iiij. Nō addetis ad verbum quod vobis loquor: nec auferetis ex eo. Et. c. xij. in fine ibi: nec addas quicquam nec minuas. Et ideo ſapiēs ille Salomon prouerbiorum. xxij. dicebat. Ne trāſgrediaris terminos antiquos: quos poſuerūt patres tui. ¶ Valde eīm notabātur/q̄ ſenioꝝ traditiones trāſgredi dicebātur: vt ſcribitur Math. xv. Et vt Apoſtolꝰ ad Corinthios p̄mo. c. iij. ſcribit: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere: preter id quod poſitum eſt. ¶ Dicant queſo predictarum nouitatum inuētores: Quam certitudinem/quam ſecuritatē habuerunt: de libris tam grecis quā hebraicis ex quibus harum nouitatum audatiam ſummere non dubitarunt: Quis librorum

58

59

60

61

predictorum auctor seu cōpositor fuit: Nō ne tam greci quam hebrei sine traducendo/ sine traductionem copiando/errare/aut aliquid oblitioni tradere/seu quicq̄ in aduertenter omittere potuerunt: Certe sic. Magis enim credendum est/eos in eorum traductionibus vel traductionuz coptis errasse:quaz doctores sanctos sanctamq̄ matrē ecclesiam in aliquo defecisse. Quibus inuētoribus ⁊ talia faciētibus contestor:vt(apocalipsis vltimo)verbis vtar:Quod si quis apposuerit adhec:apponet deus sup illum plagam. Et si quis diminuerit de verbis libri:auferet deus partem eius de libro vite.

62 ¶ Aduertant obsecro atq̄ considerent illi/ quibus in similibus adhibendi remedia data atq̄ commissa est ampla potestas: quia oues fere omnes in perditionem ducūtur. Quam enim poterunt excusationem habere: si lupus eas comedit/ ⁊ ipsi sciunt:⁊ remedium non curant adhibere: Quid enim in sui excusationem cogitāt:qui(vt beatus libro primo moraliū.c.primo. versicu. octauo.scripsit Gregorius)i cōmissis sibi/actionum vulnera nō curant: Et quomodo etiā fiare seu fieri poterit:quod vnum ⁊ idē euāgelium aliter scriptum atq̄ traductuz in biblio thecis publice vēdatur: In scholis legatur:i plateis ⁊ publicis locis practicetur atq̄ communicetur: et aliter in ecclesia dei cantētur:atq̄ predicetur: Et si prout ipsi inuenerunt:ita cantari ⁊ in ecclesijs predicari deber:Quomodo in ecclesie derisionem canticum nouum cātabimus: aut Quomodo non predicatum predicabimus: Adhibeatur igitur cum tēpore remedium/ quia melius est ante tempus occurrere: quam post

63 vulneratā causam medelā q̄rere. ¶ Nam vt beatus Hieronymus inquit: ⁊ habetur in.c. resecande.xxiiij. q.iij. Resecande sunt carnes putride: ⁊ scabiosa ouis a caulis repellenda:ne tota domus/ massa/corpus/⁊ pecora ardeant. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit:sed quoniam non statim oppressus est:per totum orbem eius flama propa-

64 gata est. ¶ Propagatur enim vitium/ nisi per disciplinę coercionem correctio subsequatur:vt inquit ter. in.c.placuit.xxi.q.ij.

65 ¶ Nam vt idem Hieronymus scribit: et habetur in.c.Sed illud.xlv.distinct. Polluitur ex vnico peccatore populus: ⁊ sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur:sic ex vno fornicante vel aliud quodcūq̄ scelus committente plebs vniuersa polluitur. ¶ Et ideo ne malum cum perueneratur(vt Cassiodorus libro primo epistola.xv.scribit)augeatur:remediabile bonuz est/accelerata correctio. ¶ Nam sicut laudabile decretum est:reuerētiam ⁊ honorez debitum exhibere maioribus: ita rectitudinis ⁊ dei timoris est(vt beatus in pastoralibus scribit Gregorius)Si quid in eis correctione indiget:nulla dissimulatione postponere. Ne totum corpus(quod absit) incipiat morbus inuadere:si languor non fuerit curatus in capite. Vltra ī proposito satis notabilia adducere poteram:que in.l. respicie dū in principio.ff.de penis Adduxi: Tamē cum presentis non sint questionis atq̄ materie: predicta pro nunc dixisse sufficiat.

66 ¶ Redeundo igitur ad propositum a quo digressi sumus/dicim9.quod sive dicta verba(vxorē scilicet fratris sui nullus accipiat) in libris correctis inueniantur/sive nō: quicquid de predictis verbis fuerit. Quamuis inter predictas leuiticas prohibitiones/dominus fratrem ad vxorem fratris sui accedere prohibuerit (Turpitudinē in decimo octauo leuitici capitulo inquiens vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. Et qui duxerit inquiens in.xx.dicti libri capitulo vxorem fratris sui:rem fecit illicitam) Non propterea predictam iudeorum consuetudinē ⁊ obseruantiam/ secundum/quam fratervxorem fratris absq̄ liberis defuncti ducere tenebatur) reuocauit. Nam secundum communem scribentium sententiam atq̄ declarationem/dominus de fratre viuo/vel cū liberis defuncto in sui leuitica dispositione locutus fuit:Sic q̄ vxoris fratris viuētis vel cum liberis decedentis turpitudinem reuelari prohibuit.

68 ¶ Quam expositionē/intellectum ⁊ declarationem quamplurimi solennes doctores immo communiter oēs tenuerunt. Quos in sacrarum scripturarum expositione atq̄ declaratione cūctis aliis/etiā summis pontificibus Sacri canones preposuerunt: vt habetur in.c.primo.cum similibus.xx.dist. Inter quos beatus fuit Augustinus in tertio libro questionum suarum.q.lxj.⁊ voluerunt omnes ordinarie super leuiticum scribentes:vbi etiam/Historiarum magister/ Linconiensis/ Rodulphus flauiacensis/ Jacobus de lusana/et cereri idem scripserūt.Quod quidem Hugo cardinalis/ glo interlinearis post alios super.xxiij. Matthei capitulo/⁊ Alexander de Ales/in secunda

Digitized by Google

parte sue summe. q. clxix. in secūdo mēbro/ nec nō Petrus bleseusis/ in epistola. cxvj. et doctores communiter super quarto sentiarum: distinctio. xl. et. xlj. secuti fuerunt: et dictam leuiticam dispositionem cum Deuteronomia dispositione (de qua infra prolixe latius dicemus) cōcordarunt. Idq; canoniste atq; legiste nostri communiter tenuerunt: precipue bostien: et omnes. in. c. litteras post. glo. ibi in verbo diuina lege (ibi: Sed hoc recepit determinationez.) De restitutio. spolia. doctores communiter in. c. fi. de decimis. vj. et in. c. olim. viij. q. prima. glo. in. c. primo. §. bis ita. in verbo per moysen. xxxv. q. prima. Joānes lupus Segobiēsis decanus cobispānus noster/ in suo tractatu/ de matrimonio et legitimatione. versiculo. que sunt que impediunt matrimonium. frater baptista trouamala: in sua summa que Roscella nuncupatur: in verbo impedimentum quintū. versicu. v. Frater Siluester de prierio in sua summa in verbo matrimoniū octauum. Versi. v. et Joannes de turre cremata. in. c. coniunctiones. col. ij. in fine. duz ad secundā obiectionē respōdet. xxxv. q. iij.

¶ Quod bene certus ille leuitice prohibitionis probare videtur: dum sororis vxoris turpitudinem adhuc vxore viuente, reuelari prohibuit: et dum sensu contrario/ vxore mortua/ ullius sororem duci posse permisit: Sororē (inquiens) vxoris tue in pellicatuz illius non accipies: nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. In eodem enī affinitatis gradu vxoris soror respectu mariti/ et maritus frater respectu vxoris existūt: nec est nouuz quod illud quod absolute in dicto. xviij. leuitici capitulo de vxore fratris dictum fuit: per illud quod de vxoris sorore postea clarius dicitur declaretur. ¶ Nam principium legis obscurum/ per subsequētia clara legis verba est declarandū. Et vbi precedentia legis sunt generalia: sequentia vero determinata; per sequentia/ precedentia interpretationem et declarationem recipiūt. vt notabiliter inquiūt Cynus et bal. in. l. legatorum petitio. §. fi. p. ter. ibi. ff. de lega. ij. et est ter. notabilis in. l. si cum fundus. ff. de verbo. signifi. bene facit. ter. et que ibi notat Bal. in. l. si seruus plurimus. §. fi. ff. de lega. primo et in. l. qui filiab⁹. vbi Bartolus. Bal. et doc. in. l. si quis et argentariis. §. initium. vbi latissime per modernos. ff. de edendo. et in. l. qui nō militabat. §. primo. ff. de bere. instituē. et voluit expresse pa-

nor. in consilio. xxxvj. incipiēti. Casus quidam andreas. col. fi. vol. primo. allegat. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino tritico et oleo legato. quem refert et sequitur Francis. de curte. in cōsilio li. incipi: super testamentis. in. v. col. Ex quibus omnib⁹ (Inuictissime Cesar) clarissime patet: tēpore legis scripte per dictā leuiticam dispositionē (Intelligendo eam secundum meum intellectum mea q̄ declarationem) statutum fuisse: neminē (excepto fratre) vxorem fratris absq; liberis p̄mortui ducere posse: idq; fratri eodem tempore permissum esse. Vel secundū communem intellectuz/ communemq; declarationem/ quominus frater vxorem fratris absq; liberis defuncti ducere posset: nullatenus per legem illam prohibitū extitisse.

Quare deꝑcepit qō frater vxorē ffris absq; liberis p̄mortui duceret et quare contra facientī penaz imposuit.

69

Tamen quia predicta iudeoꝝ cōsuetudo et obseruātia (que per predictam leuitā dispositionem secundum meum intellectum fuit approbata/ vel secundum communē opinionem minime extitit improbata (valde defunctorum vxores sic absq; liberis relictas grauabat: quia eisdem in viduitate (donec ac defunctorum maritorum fratribus ducerētur. Deuetis. xxxviij.) permanere iubebat: et nullam fratribus contra facientibus/ et fratrū defunctorum vxores ducere recusantibus/ specialē penam imponebat: nec in casu contradictionis et fratrum recusationis remedium aliquod vxoribus adhibeat: propter quod multi id adimplere recusabant: et vxores predicte absq; remedio et consolatione remanebant. Et quia iudeis (vt beatus Bonauentura super quarto scribit sentiarum distinct. xlj. q. ai.) perfecta in semine p̄missa erat benedictio: Et vt beatus super Matheum. c. xiij. et xxij. Dometia. xlix. scribit Ex beneficiō⁹/ immitigabile malus/ mos erat apud eosdē: qui omnia pro presenti vita facebant: Ideo in legem deduxit Moyses Deuteronomio. xxv. (vt predictis omnibus remedium congruum adhiberetur:) Vxores fratris absq; liberis p̄mortui/ fratri dari oportere: et fratrem superstitem ad eandem ducendam/ semenq; fratri suo suscitandū teneri. Et hoc vt defuncto filius ex fratre nasceretur: et nō mē eius nō excideret: sed memoria patrū in filiis remaneret. Quando habitauerint in-

quiens fratres simul: et vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit: vxor defuncti non habebit alteri: sed accipiet eam frater eius: et suscitabit semen fratris sui: et primo genitum ex ea filium nomine illius appellabit: vt non deleatur nomen eius in Israel. Si autem noluerit accipere vxorem fratris sui: que ei lege debetur: perget mulier ad portam ciuitatis: et interpellabit maiores natu dicens. Non vult frater viri mei suscitare fratri suo nomen in Israel: nec in contagio sanguinis mei consentit. Statimq; accersient eum facientes: et interrogabunt. Si respondens volo eam vxorem accipere: accedet mulier ad eum coram senioribus: et tollet calciamentum de pede eius: et dicet: sic fiet homini qui non edificat domum fratris sui. Et vocabitur nomen illius in Israel: domus discalciati: hec ibi. Quo facto statim ad propinquiorem ius transibat eandem denoluebatur; qui si eandē etiā ducere recusabat: simil; em penam vt scribitur. Ruth. c. iiij. propinquior sustinebat. Et ipsa cum sequenti in gradu / vel cui alio in eodem gradu existenti / libertatem contrahendi habebat. Quod quedam mortis erat mitigatio / et defunctorum vxoris consolatio. Nam alius quam frater (vbi frater exstiterat) vxorem defuncti accipere minime poterat: quia non ita qui ex tali coniunctione erat nasciturus: esse filius eius qui obiit poterat reputari: nec alia aptiori via illi? vxor atq; propinqui poterant consolari.

¶ Magnā enim defuncti vxor atq; ppinqui cōsolationē recipiebāt: quando defuncti frater seu propinquus (vbi frater nō exstiterat) vxorem defuncti ducebant. vt patet Ruth. c. iiij. vbi mulieres ad Noemi socrū Ruth (quando & ipsa Ruth cum booz marito sui absq; liberis defuncti propinquo / Iuxta dictam legem mosaycam / iudeorumq; cōsuetudinem contraxerat:) dicebāt. Benedict? dominus qui non est passus vt deficeret successor familie tue: et vocaretur nomen eius in israel: et habeas qui consoletur animam tuam: et nutriat senectutem.

¶ Et hoc est qđ Josephus in suo Antiquitatū libro i deuteronomia hystoria. c. vj. his verbis dicebat. Si sine filijs mulier fuerit a marito derelicta: frater illius eam accipiat: et natū filiū mortui nomine vocans / hereditatis nutriat successorem. hoc enim et publicis vtilitatibus proderit / domibus minime destitutis: & cognatis possunt substantie cō seruari: et mulieribus relenatio calamitatis auferri. Ut igitur successionis promissio et antiqua in deos obseruantia continuaret: inter debitum defunctorum vxores consolationem reciperent: et vt defuncti nomen in hereditate propinquus suscitaret: penamq; contra faciendo sustineret: in lege Moyses predictam induxit: vt propius hoc quam sua lege p̄cepit: quod frater Hermanus sed litera / vxoris fratris Hermoni sui continuabat modum antea Genesis. xxxviij. quadam hominū consuetudine id fieri permittebatur: tunc lege dicere teneretur.

¶ De cui? deuteronomio precepto quam plurimi mentionem fecerunt: precipue Hugo de scō victore super Matheū scribentes / legentesq; illam preceptuam esse affirmantes. Meminit eius Drythmar? / Hylarius / Theophilactus / et Terullian? aduersus Marcionem scribens. Nec non Isichius in commentarijs leuitici. Et beatus Chrisostom? super Genesim. c. xxxviij. Homelia. lxj. Atq; doctores communiter super quarto sententiarum distinctio. xl. et. xli. quo; tuz dicta et decisiones transplantare / superfluum videretur.

70 ¶ Dō mosayce legis p̄cepti de fratris vxore absq; liberis p̄mortui ducenda vsq; ad redemptoris aduentuz durauit.

Quod quidem Mosayce legis precepti adeo apud iudeos obseruatum fuit: quod vsq; ad redemptoris dñi nostri Jesu christi aduentuz durauit. Nam cum Jacob & Eli fratres vterini fuissent: et absq; liberis Eli moru? esset: Jacob eius frater (vt semen fratri suscitaret) filius extitit vxoris: et quo Joseph virum beate Marie virginis genuit. Fuit autem Joseph / Eli filius per legem: Fili? autem Jacob per naturam.

71 ¶ Cuius generationem latissime describit Affricanus: prout in hystoria ecclesiastica. lib. primo. c. vj. Eusebius refert: Sic Euangelistarum dissonantiam concordans et inquiens. Cum huiusce modi apud eos generationum ordines seruarentur: vt quidam ex ipso semine / quidam ex substitutione ab alijs generati: alijs filij / legis beneficio deputarentur: a singulis Euangelistarum vtriusq; modi commemorata successio est. idest vt alter eorum / euz qui genuisset: alter vero / eum qui quasi genuisse videretur exponeret. Et ita fit / vt neutrum euangelium mentiatur: duz Aliud nature ordinē. Aliud vero legis exequitur. ¶ Coniunctum namq;

sibi est inuicez genus. et illud quod per Salomonem: et illud quod per Nathan deducitur. per legales substitutiones que fiebāt his qui sine liberis decedebant. Et per secundas nihilominus nuptias quibus vnus atq; idem aliis parentibus progenitus: aliorum esse filius videbatur. Et ita fit: vt vtraq; narratio ḡnationum vsq; ad Joseph: vtrisq; lineis deducatur. Diuerso quidē/ sed satis explorato ordine signata. Ut autē clarius fiat quod dicitur: ipsas generationū consequētias enarrabimus. A Dauid per Salomonem generatio quam dinumerat Matheus/ tertium a fine facit Nathan/ qui dicitur genuisse Jacob patrē Joseph. Per Nathan vero a Dauid Lucas generationum ordinem texens: tertium nihilomin⁹ eiusdem loci facit Melchi. dixit enī Joseph qui fuit Eli/ qui fuit Melchi. Nobis ergo imminet ostēdere/ quomodo Joseph dicitur secundum Matheum quidem patrem habuisse Jacob: qui deducitur per Salomonē. Scōz Lucā vero Eli/ qui deducitur per Nathan. Utq; isti ipsi id est Jacob et Eli qui erant duo fratres/ habentes alius quidem Nathan/ Alius quidē Melchi patrem/ ex diuerso genere venientes: etiā isti/ Joseph aui esse videātur. Fit ergo modus iste. Nathan et Melchi diuersis tēporibus deuna eadēq; vxore (Escha nomine) singulos filios procrearunt. quia Nathan qui per Salomonem descendit vxorem eā prim⁹ acceperat: et relicto filio vno (Jacob nomine) defunctus est. Post cuius obitū (quoniam lex viduam alij non vetat nubere:) Melchi qui per Nathan genus ducit: cum esset ex eadem tribu/ Sed nō ex eodez genere: relictam Nathan accepit vxorem: ex qua ipse suscepit filiū nomine Eli. Per quod ex diuerso patrum genere/ efficiūtur Jacob et Eli vterini fratres. Quorum alter id est Jacob/ fratris Eli sine liberis defuncti vxorem ex mandato legis accipiens genuit Joseph. Natura quidem germinis filium suum: propter quod et scribitur: Jacob autem genuit Joseph. Secundum vero legis preceptum/ Eli efficitur filius: cui⁹ Jacob/ quia frater erat/ vxorem ad suscitādum fratris semen acceperat. Et per hoc recta inuenitur atq; integra generatio: et ea quā Matheus enumerat dicens. Jacob autem genuit Joseph. Et ea quam Lucas competenti obseruatione designat dicens: q̄ putabatur esse filij Joseph q̄ fuit Eli. hec illi.

¶Eādem etiam generationem in libro. ij. retractationum suarum. c. v. describit Augustinus. In libro (inquiens) tertio cuz solueretur quēstionē quomodo potuerit quos patres habere Joseph: dixi quidem quod ex alio natus: ab alio fuerit adoptatus. Sed genus quoq; adoptionis dicere debui. Sic enim sonat quod dixi: tanquam eum vnus adoptauerit alius: pater. Lex enim filios etiam mortuis adoptabat: Jubens/ vt frater sine liberis mortui duceret frater vxorem: et fratri defuncto semen ex eadem suscitaret. quę profecto de duobus vnius hominis patrib⁹/ expeditior tibi redditur ratio. Uterini quē fratres fuerunt in quibus hoc contigit: vt vnius defuncti qui vocabatur Eli/ duceret alter vxorē id est Jacob: Quo Matheus narrat genitū esse Joseph. Sed vterino fratri suo eam genuit: Unus filius Lucas dicit fuisse Joseph: non vnq; genitum: Sed ex lege adoptiuum. hoc in cōuz litteris inuentum est: qui recenti memoria post ascensionem domini de hac re scripserunt. Nam et nomen eiusdē mulieris (que peperit Jacob patrem Joseph de priore marito Nathan q̄ fuit pater Jacob/ auus Joseph secundum Matheum: et de marito posteriore Melchi peperit Eli cui⁹ erat adoptiuus Joseph:) non tacuit Africanus. quod quidem cum fausto responderem/ nondum legeram. hec Augustī.

¶Et de eadem meminit Damascenus sic inquiens. Ex serie Salomonis filij Dauid Nathan duxit vxorem: ex qua genuit Jacob. Mortuo autem Nathan/ Melchi qui erat ex tribu Nathan filius Leui/ fratris vero pantheris/ nupsit vxori Nathan: matri quidem Jacob et Eli. Jacob quidez ex tribu Salomonis: Eli vero ex tribu Nathā. Defuncto autē Eli ex tribu Nathan sine liberis: accepit Jacob frater eius ex tribu Salomonis vxorem eius: et suscitauit semē fratri suo: et genuit Joseph. Joseph igitur natura quidem est filius Jacob ex descensu a Salomone: Secūdum vero legem/ filius Eli ex Nathan. hec Damascenus.

¶De eadem etiam super Matheum. c. primo post alios beatus scripsit Hieronymus. Hunc locum (dicens) obiecit nobis Julianus augustus de dissonantia euangeliarum: Cur euangelista Matheus Joseph dixerit filium Jacob: et Lucas eum filium appellauit Eli. non intelligens consuetudinem scripturarum: quod aliter secundū na-

turam/ aliter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen deo iubente preceptū: vt si frater aut propinquus absq; liberis mortuus fuerit: alius eius frater accipiat vxorem ad suscitandum semen fratris vel [illegible] inquisitui. super hoc et Affricanus te[illegible]scriptor/ Et Eusebius Cesariē si[illegible]s Alaphontas euāgelion plenius disputarunt. hec Hieronymus.

¶ Et idem etiam beatus super Lucam libro tertio retulit Ambrosius: his verbis inquiens. Illud quoq; aduertimus: quod sanctus Mathe⁹/ Jacob q̄ fuit pater Joseph/ filium Mathan esse memorauerit. Lucas vero Joseph cui desponsata erat Maria/ filiū Eli/ Eli autē filiū Melchi esse descripserit. Quomodo vni⁹ duo patres/ [illegible] et Jacob: Rursus quomodo etiam duo patres Aui/ Mathan z Melchi. Sed si r[illegible] inuenies quod iuxta preceptum legis veteris/ duo patres diuersos filios vterinos ex vna vxore generarunt. Traditur enim Mathā/ quia Salomone genus duxit: Jacob generasse filium: et vxore superstite decessisse: quam postea Melchi accepit vxorem: ex qua generatus est Eli. Rursus Jacob Eli fratre sine liberis decedente/ copulatus est fratris vxori: et genauit filiū Joseph: qui iuxta legem/ Eli filius dicitur: quoniam semen fratris defuncti/ frater iuxta legis veteris seriem suscitabat. Ita duorum filius dictus est: nō ab vtroq; generatus: Sed quia alterius secundu⁹ generationem: Alterius secundum legem factus est filius. hec Ambrosius.

¶ Retulit etiam Joānes ierson/ in sua tertia parte/ in sermone de natiuitate virginis: In quinta consideratione. Animaduertamus (inquiens) ex lege veteri: quod si frater decessisset sine prole: frater superstes ducebat vxorem defuncti: vt suscitaret semē ei⁹. Ac natus inde puer/ dicebatur filius non quidē naturalis Sed legalis illius qui iam obierat fratris. Sic enim concordat euāgelica series genealogie christi: dum Joseph legitur habuisse duos patres: vnum quem Mathe⁹ nominat Jacob: Alterum quē appellat Lucas Eli: qui legalis fuit pater: Jacob vero naturalis. hec ille.

¶ Meminit etiam Alphonsus de madrigal alias tostatus Abulensis episcopus cobilis panus noster In primum Mathei capitulum. q. xxvij. col. ij. vbi ceteri scribentes pariter meminerunt. Nec non Archiepi. Florentinus In prima sue historie parte. titulo. iiij. c. vj. §. r.

¶ Ex quibus (inuictissime Cesar) clare atq; notorie patet. Dicte Mosayce legis preceptum/ iudeorumq; obseruantiaz vsq; ad nostri redemptoris aduentum duraſſe: et Redemptorem nostrum ex talibus coniugijs secundum legem illam celebratis descēdere voluisse. Ut illud impleretur quod in Deuteronomio. xviij. capitulo scriptū fuit: Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me/ suscitabit tibi dñs deus tuus. ¶ Et hoc est quod Apostol⁹ ad Galathas [illegible] dicebat. Cū venit plenitudo temporis: misit [illegible]dium suum: factum ex muliere: factum [illegible]ge: vt eos qui sub lege erant redimeret.

27 ¶ Mosayce legis preceptū de fratris absq; liberis p̄mortui vxore ducenda vsq; ad redemptoris passionē duraſſe.

Quinimmo et post Redēptoris aduentum/ eadem apd̄ Iudeos adhuc erat obseruatio: vt patet. Matth. xxij. Marci. xij. et Luce. xx. Vbi Saducei Redēptorem nostrum de predicto Deuteronomio precepto iudeorumq; consuetudine interrogarunt: et mulieris (q̄ septem fratres gradatim legis illius vigore duxerat) exemplum adduxerunt: idq; apud eos tunc temporis licuisse non dubitarunt. Et quamuis dominus (turpitudinem eorum cognoscēndo) quia non veram sed falsam turpemq; (teste Hieronymo fabulaz/ vt resurrectionis veritatem denegarent adducebāt) eosdez erraſſe / minimeq; scripturas intellexisse responderit: nullatenus tamen septem viram (vt beatus Augustinus scribit: et habetur In. c. fi. xxxj. q. prima) dominus ipse damnauit.

¶ Et quamuis Herodem a beato Joanne post redemptoris aduentū (eo quia Herodiadem fratris sui Philippi vxorem duxerat:) reprehensum fuisse Mathei. xiiij. Marci. vj. et Luce. iij. reperiamus: non tamen eo reprehensum fuisse credendum est: quod fratris sui vxorem (si frater absq; liberis mortu⁹ esset) minime ducere potuisset. Sed eo quia cum Philippus eius frater ex Herodiade eius vxore secundum Chrisostomum filiam reliquisset: et Mosayce legis tunc ratio cessasset: minime illam mortuo fratre Herodes ducere potuit. Licet alius quilibet eandem ducere potuisset. Quod satis beati Joannis verba demo-

strant: sibi hoc non licere dicentis quasi alteri licuisse non dubitantis.

74 ¶ Et proprerea contra legem moremq; iudeorū Archelaus fecit: (vt Josephus Antiquitatum. lib. xvij. c. xix. et de bello iudaico. lib. ij. c. vj. scribit) qñ Glaphiram Alexādri fratris coniugem ex qua filios frater susceperat: sibi met accersijt vxorem.

75 ¶ Vel eo a beato Joanne Herodes reprehensus fuit: quia (Philippo eius fratre adhuc viuente) illius vxorem duxit: et incestū cum ea fratre viuente commisit. c. vna tantum. §. Joannes. xxvj. distinc. Nam vt antique omnes narrāt hystorie: et beatus Hieronymus/ beatus Thomas/ [redacted] cardinalis/ atq; doctores cōmuniter [redacted] dicto. quarto Mathei capitulo referunt: Herodes antipas magni Herodis filius Romā proficiscens/ et per fratrem suum Philippum transitum faciens: cū Herodiade vxore Philippi/ (et secundum Josephū Antiquitatū. li. xviij. Sorore Herodis Agrippe/ secreto pepigit: quod in reditu suo vxorem repudiaret: et ipsam in coniugem duceret. Quod cum vxorem suam (filiaz scilicet Arethe damascenorū regis) minime latuisset: ad patriā non expectato viri reditu quā totius festinauit. Rediens autē Herodes/ Herodiadem Philippo abstulit: Et Arethan regem/ nec non Herodem Agrippā atq; Philippum in sui inimicitiam incitauit. Propter quod beatus Joannes illuz arguebat. non quia lex matrimoniū fratris cum vxore fratris absq; liberis premortui eo tempore prohibebat: Sed quia ipse fratris sui vxorem fratre viuente acceperat: et illam secundum legem minime sibi habere licebat: quam sibi habere licuisset: si secundum legem mortuo absq; liberis fratre ad prolem fratri suscitādam illius vxorem duxisset. Quod quidem super dicto Mathei capitulo voluit Ruthmarus/ Et Albertꝰ magnus in comentarijs Marci. c. vj. Illaz (inquiens) adhuc viuente Philippo duxerat Herodes: quod secundum legem/ erat morte plectendum crimen. post mortē quidem fratris/ potuisset duxisse: vt semen fratri defuncto suscitaret: sicut dicitur Deuteronomio. xxv. hec ille. Hanc etiam opinionem/ quod tale matrimonium cum vxore fratris absq; liberis premortui (etiam post Redemptoris aduentum) non prohibituz videatur: voluit aperte interlinearis. Glo. in dicto decimo quarto Mathei capitulo. z doctores communiter dictum tenuz de fratre viuo vt diximus intelligentes: dictamq; glosam referentes: et nullatenus illaz reprobantes: sed vnanimiter dicentes: et conformiter affirmantes: Ideo Herodem beatū Joannem reprehendisse: quia Herodiadē fratris sui vxorem (fratre viuente [redacted] cōstitit duxisse. Innuentes etiam [redacted] quo si tunc temporis frater non vixisset: licite eandem secundum legem Herodes ducere potuisset. ¶ Omni enim iure ad vxorē 76
proximi/ et maxime fratris (proximo tamē vel fratre viuente) semper prohibitum fuit accedere: et iusq; turpitudinem reuelare.

¶ A deo qđ inter alias diluuij causas hanc 77
precipuā atq; principalem multi existimant [redacted]. Nam (vt Methodiꝰ Martyr scribit) extense diluuij causā assignauit: quez [redacted] episcopus alias Tostatus/ Genesis. cvj. refert.) Anno Quingentesimo prime Libadis (id est primi Millenarij annorum mundi/ filij Cham vxoribus fratrum suorum nimis fornicationibus abutebantur. propter quod dominus diluuium misit: et vniuersa delere decreuit. ¶ Quod 78
in tantum prohibitum semper fuit: quod si aliquis cum viuentis vxore etiam hodie cōtraxisset: In perpetuum eandem etiaz post mortem viri/ ipse ducere non potuisset. c. ij. c. ex tuarum. et per totum. de eo qui duxit in matrimonium quam' polluit per adulterium. et tradit Imola. in. c. qui in viuorum in principio. de cōcessio prebē. ¶ Et hoc A 79
deo verum extitit: quod si frater vxorem suam ex legis veteris permissione repudiabat: nullatenus fratri eandē ducere licebat. vt beatus super leuiticum scribit Augustinus/ libro tertio questionum suarum. q. lxj. circa finem. Quod expiesse in lege euangelica hodie etiaz prohibetur: vt scribitur Mathei. xix. Luce. xvj. et habetur. in. c. precepit dominus. xxxij. q. v. et in. c. Apostolus cum pluribus sequentib⁹. xxxij. q. vij. ¶ Et ideo 80
grauiter. Ruben peccauit: quia (Jacob eiꝰ patre viuente) Bale patris concubine thorum Geneſis. xxxv. violauit. Cui pater (Geneſis. xlix.) talia verba protulit. Ruben primogenitus meus/ tu fortitudo mea/ et principiū doloris mei: prior in donis/ maior in imperio. Effusus sicut aqua/ non crescas: quia ascendisti cubile patris tui: et maculasti stratum eius. ¶ Quod peccatum et Ab 81
salon pariter cōmisit quando ad patris concubinas Architofelis cōsilio (regū. ij. c. xvj.

et haberur.in capitulo.sicut.§.necesse.quadragesima septima. Distinctio.) ingressus fuit. Et ita qō Apostolus ad Corinthios.j. c.v.in principio illius tert⁹ scripsit intelligi debuit. Dominꝰ (eñ inquit) auditur inter vos fornicatio: et talis fornicatio qualis nec inter [illegible] vxorem patris sui aliquis habe[illegible] patre mortuo aliquando vt late superius diximus nouercam ducere licuit. quod si aliquando minime licuisset: nequaquam Apostolus talem abusum vngūam inter gentes factum fuisse affirmasset: nisi diceremus quod dictum illud apostoli/ potius de fornicatione que semp prohibita fuit: quam de matrimonio quod aliquando licitum atq; permissum extitit: intelligi voluit et debuit.

82 ¶ Hinc Hyper mestram/ quia cuz [illegible] mariti sui fratre/ et Erilochi regis p[illegible]rem/ quia cum sui etiam mariti fra[illegible] tribus maritis) concubuerunt: ⁊ con[illegible] nem habuerunt: ab Ouidio in Ibin reprehensas fuisse legimus.

83 Preceptuz illud ō vxore fratris absq; liberis p̄ mortui a fratre ducenda magnā de redēptore nostro figuram cōtinebat.

Sed quamuis diuina illa permissio/ iudeorumq; consuetudo ⁊ obseruantia/ ac Mosayce legis preceptuz (de fratris scilicet absq; liberis premortui vxore a fratre ducenda) a legis nature tempore vsq; ad redemptoris aduentum durauerit: Nō tamen paruam immo magnam preceptuz illud/ ⁊ diuine ille permissiones de redemptore nostro figuram continebant. Nam secūdum Mysticum (vt beatus in libro cōtra Manicheos scribit Augustinus: et habetur.i capitulo olim.octaua: questio.prima. et tradit Alexander de Ales. in secūda parte sue summe.questio.clxix. in quarto membro) de christo et propter christum predicta omnia intelligenda erant.

84 ¶ Frater enim primo mortuus/ christus dicitur. prout ipse Math.xij. in fine testatur. Quicumq; (inquiens) fecerit voluntatē patris mei qui in celis est: ipse meus frater soror ⁊ mater est. Et Matthei.xxv. Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. De quo ad Hebreos secundo Apostolus dixit: Voluit per omnia fratribus assimilari.

85 ¶ Vxor illius est ecclesia. De qua per psalmistam. Psalmo.xxvij. secundum beati Augustini expositionem dicitur: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Et dominus ipse (Cantico⁹ quarto) ecclesiam sponsam suam profitetur: Veni (inquiens) de libano Sponsa mea. Et Cantico⁹ quinto. Veni in ortum meum soror mea sponsa. ⁊c. Et Esaye.lxj. Induit me vestimentis salutis: ⁊ indumento iustitie circundedit me/ quasi sponsum decoratum corona. Et Osee. capitulo secundo. Sponsabo te mihi in sempiternū: ⁊ Sponsabo te mihi in iusticia et iudicio/ et in misericordia et miserationibus: et sponsabo te mihi in fide: et scies quia ego dominus. De qua etiam beatus Ioannes Apocalypsis. [illegible] scribit. Gaudeamus (inquiens) et exultemus [illegible] mus gloriam ei: quia venerunt nuptie agni. Ideſt Ecclesia iuncta est christo. (secundum Glo. expositionem) et vxor eiꝰ preparauit se. Et.c.xxj. Vidi sanctam ciuitatem hierusalem nouam descendentem de celo a deo paratam/ sicut sponsam ornatam viro suo. Unde apostolus ad Ephesios.c. quinto/ de matrimonio scribēs subiungit. Sacramentum hoc/ magnum est in christo et in ecclesia. Et hoc idem beatꝰ scripsit Gregorius: exponens illud geneſis.xxiij. introduxit scilicet eam in tabernaculū Sarre matris sue ⁊ vxorem accepit: quem. Glo. ibi refert. Hanc (inquiens) Isaac in tabernaculo matris sue introduxit: et vxorem accepit: Quia in loco Synagoge de qua natus est christus/ ecclesiaz dilexit: vt que cognatione ideſt predestinatione proxima fuerat: amore coniuncta vxor fiat. Et idem Gregorius super illud Math.xxij. simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo: post. Glo. interlinearem ibi. Homelia trigesima octaua. idem dixit. Tunc (inquiens) deus pater/ deo filio suo nuptias fecit: quando hunc in vtero virginis/ humane nature coniunxit. Quando deum ante secula/ fieri voluit hominem in secula seculorum. Ulterius infra subiungens. Uterus autem genitricis virginis huius sponsi thalamus fuit. Unde et psalmista. Psalmo decimo octauo. dicit: In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tanquam sponsus quippe de thalamo suo processit: qui ad coniungendam sibi ecclesiam incarnatus deus de incorrupto vtero virginis exiuit. Patet enim ecclesiam christi sponsam et vxorem esse.

Digitized by Google

86 ¶ Fratres vero chriſti ſunt quilibet eccleſie prelati: et quicunq; alij qui digne eccleſiam regere poſſunt ⁊ debent. De quibus Matthei. xxviij. locutus eſt dñs. Ite (inquiens) et nunciate fratribus meis. Et Joannis. xx.
87 Vade ad fratres meos. ¶ Mortuo itaq; Chriſto ſiue ſemine quia paucos ipſe in vita ſua acquiſierat: et pauci ejus ſecuti fuerũt: (Nam illi ſemen chriſti dicuntur/ qui ſecũdum. Glo. Machabeorum primo. c. xiij. et fideliter crediderunt:) Eccleſia chriſti fratrẽ idest prelatum/ vt ſemen idest ſpirituales filios per ſpiritualem regenerationem ei ſuſcitaret requirebat. ¶ Et propterea beatus Idem Auguſtinus in expoſitione pſalmi xxxiij. ſuper illud Apoſtolus ebureie. ⁊c. Dicte Moſayce legis figurã cõſiderans/ his verbis aiebat. Ad hoc ſacramentũ pertinet: quod ſcriptum eſt in lege: Si mortuꝰ fuerit frater: accipiat vxorẽ ejus/ frater ejus: et ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Dixit chriſtus/ vt fratribus meis. Dixit et alio pſalmo. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Mortuus eſt chriſtus: reſurrexit: Aſcendit: abſentauit ſe corpore: ſuſcepertt fratres eiꝰ vxorem ejus predicatione Euangelij generaturi filios: non per ſemetipſos/ Sed per Euangeliũ propter nomen fratris. In chriſto enim Jeſu (inquit) per Euangeliũ propter nomen fratris ego vos genui. Itaq; ſuſcitantes propter nomẽ fratris ſemen fratri ſuo: quotquot generãtur: non paulianos aut petrianos/ ſed chriſtianos nominantur: Hec ille. ¶ Quã figurã cum Saducei minime intelligerent: Et Redemptorem noſtrũ de predicto Deuteronomio precepto interrogarent: eiſdem Redemptor noſter (Matthei. xxij. Marci. xij. ⁊ Luce. xx.) reſpondendo dixit: Erratis neſcientes ſcripturas neq; virtutem dei. ¶ Et hoc eſt quod beatus ſuper Lucam lib. iij. c. iij. col. v. dicebat Ambroſius. In quo precepto (inquiẽs) legis/ futuram perpetuitatem defunctorum ſeminis nobis eſſe promiſſam/ non intellexit populus iudeorum: Sed ſecundum litteram accipiens: gratiam corrupit oraculi. Alius enim erat frater qui defunctorum fratrum ſemen ſuſcitaret: Non frater ſecundum carnis germanitatem: ſed ſecundum gratie puritatem. Et ideo fortaſſe frater nõ redemit: redimet homo. Quia non Germanus frater ille/ ſed dominus et mediator dei et hominum homo chriſtus Jeſus reſurrectionis gratiam propagauit. Hec ille.

Preter enim Antiquiſſimam illaꝝ iudeorum conſuetudinem et obſeruantiam ac Moſayce legis preceptum/ Magnam de Redemptore noſtro in ſe figuram habuiſſe: Et propter Redemptorem noſtrum (vt beatus etiam Chriſoſtomꝰ/ Geneſis. xxxviij. Homelia. lxj. ſcribit) [illegible]ſſe. Sicut et alia multa in ſacra ſcrip[illegible]atrimonij et conjunctionis materia atq; propoſito/ reperimus figuratiue dicta/ et diſpenſatiue facta fuiſſe.

¶ Precepit enim Abraam ſeruo ſuo ſeniori (vt Geneſis. xxiiij. legitur.) Quod Iſaac filio ſuo non aliam quam de ſuus cognatione vxorem acciperet.

¶ Preceptum etiam fuit Jacob Geneſis. xxviij. quod nullatenus coniugem de gente Chanaam/ Sed in Meſopotamia de domo Bathuel patris matris ſue/ filiam Labã auunculi ſui acciperet.

¶ Preceptum etiam fuit Numeri. xxxvj. Quod nullus vxorem niſi de propria tribu atq; familia duceret. Aliaq; quamplurima ſimilia precepta facta fuiſſe inueniũtur: que prolixitatis euitande cauſa omittenda ſunt.

¶ Sed quia predicta omnia diſpenſatiue ſecundum temporis vtilitatem/ neceſſitatem/ congruitatem/ et honeſtatem facta fuerunt: et figuratiue emanarunt: ad denotandum quod fideles cum infidelibus coniungi non deberent: Ne ex infidelium coniunctione/ Fideles in malum aliquod prolaberentur: Tam illa quam alia figuralia ſigna/ et obligatio precipue illa/ qua frater ad vxorem fratris abſq; liberis premortui ducendam aſtringebatur/ iudeorumq; conſuetudo et obſeruantia/ Deuteronomium q; preceptum/ cum quid Cerimoniale fuerit/ et figuratiue vt diximus emanauerit: omniaq; ad tempus data atq; conceſſa fuerint: vt Apoſtolus inquit: et habetur. in. c. cũ igitur. trigeſima quinta: queſtio ſecũda. et traditur per Bal. et communiter doctores: In capitulo tranſlato ſacerdotio. cum ſimilibus de conſtitutionibus. Veritate veniente Ceſare debuerunt. Nam per Hieremiam: capitulo. xxxj. ceſſationem iſtam Jam dominus ipſe predixerat: Quod beatus Paulus poſtea ad Hebreos octauo expoſuit ⁊ declarauit. Ecce (inquiens dominus) dies venient: et feriam domui Iſrael et domui Juda fedus nouum: non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris In die qua apprehendi manum 88

eorum: vt ducerem eos de terra Egypti. ¶ Quinimmo morte atq; passione christi/ et si non matrimonium tamen obligatio atq; necessitas contrabendi predicta/ Deuteronomiumq; preceptū/necnon omnia Cerimonialia/figuralia/atq; legalia q̄ ad christum o[illegible]bantur: et in ipsum tanq; in finē [illegible]um tendebant: inquantum christ⁹ finis et veritas legis erat: cum christo cruci fixa fuerunt. ¶ Nam cum lex Mosayca nihil aliud nisi quedam nome legis figura/ et quoddam censuale chirographum ac debitoris contractus fuerit: ad cuius obseruantiam totus ille iudeorum populus vsq; ad creditoris mortē se obligauerat: Ideo mortuo creditore ideſt christo/ omnino contractus ille mortuus/ deletus/ atq; rasus extitit. De cuius chirographi deletione p̄ christo facta/ ad Colloſſenſes Apoſtolus ſcripſit: Delens (inquiens) quod aduerſus nos erat chirographum decreti: quod erat contrarium nobis: et ipsum tulit de medio/ affigens illud cruci. ¶ Et sicut christus quoad corpus tantum ꝛ non quo ad animam mortuus extitit: Sic lex vetus quo ad corp⁹ id est quo ad litteram/cerimonialia/ atq; figuralia/non quo ad animam ideſt quo ad veritatē ꝛ ſpiritum littere mortua fuit. Mua lege mortua/veritas legis (que lex Euangelica dicitur) cum christo surrexit. Nam vt Joānis primo ſcribitur: Lex per Moyſen data est: gratia tamen et veritas per Jeſum christum facta est. ¶ Et quānis christus humani generis Redemptor de talibus coniugijs deſcendere decreuit. Illud (vt beat⁹ Hieronymus ſcribit: ꝛ habetur: in. c. dominus. lvj. Diſtinc.) dominus ipſe facere voluit: vt nobis magnam fiduciam prestaret: ſcilicet vt qualicumq; modo naſcamur: duz tamen veſtigia eius imitemur: ab ipsius corpore (cuius per fidem mēbra effecti ſum⁹) nullatenus ſeparemur.

89

90

91

92

93

beris p̄mortui matrimonium prohibuit.

Ad hec ecclesia sancta catholica tale cum vxore fratris absq; liberis p̄mortui necessitatem superstiti fratri lege impositam/ Nec nō cuncta cerimonialia que in recusationis casu fiebant/ cum christo crucifixa esse cognoscēs. Videnſq; iam turpe et inhoneſtum esse: Quod post Redemptoris paſſionem frater relictam fratris etiam voluntarie ad ſuſcitandum ſemen ducere poſſet: Tam ipſa Alma mater Eccleſia/ quaz ſeculares principes (ſicut Redemptor noſter per ſui paſſionem illam contrabendi cum vxore fratris absq; liberis premortui obligationem atq; neceſſitatem extinxit et abſtulit:) pariter modo et ipſi contrabendi libertatem totaliter abſtulerunt. Et quod amplius frater vxorem fratris absq; liberis premortui ad ſuſcitandum ſemen minime ducere poſſet: ſuis ſtatutis/conſtitutionibus/legibus/ac ordinationibus ſtatuerunt. Idq; in Agathenſi conſilio et alias perpetuo ſeruari inſerunt: et ad id ſeruandum cunctos homines maxime Chriſti fideles obligarunt. vt est textus apertus In capitulo Si quis de ſponſauerit. xxxvij. q. ij. et in. c. de inceſtis. et in capitulo: et hoc. xxxv. queſtio. tertia. et in capitulo. Ad Audientiam. et. c. Sponſaz. de Sponſa. et in capitulo. ſi. de diuortijs. et in. l. fratris et. l. licet. cum ſimilibus. C. de inceſtis. nup. ¶ Et in tantum poſt Eccleſie inſtitutionem/ ordinationem/ atq; prohibitionem/ ad hoc ſeruandum obligamur: et a deo vxorem fratris absq; liberis premortui ducere prohibemur: Quod ſi ſtatutum vel conſuetudo nunc in contrarium eſſet: nullatenus talis conſuetudo valeret: Immo eandem tanquam nullam nullius vaſalis et efficatie nullatenus Sequi deberemus. vt notabiliter voluit. Butri. in Rubrica de conſuetudine. quem refert et ſequitur Feli. in capitulo primo. colu. iij. Verſiculo. tertia declaratio. de tregua et pace. Pro quibus licet ipſi non dicant: videtur textus. In lege penultima (cum textus ille Egyptiorum conſuetudinem hoc permittentem impugnat) cum ſimilibus. C. de inceſtis. nup. Bene facit. textus In capitulo. quod ſuper his vbi per. Glo. et doctores. de conſanguinitate et affinitate. Et que tradunt Hoſtien. Joan Andre. ꝛ doctores. in capitulo quod dilectio. eo titulo. Et que in reſponſionibus ad Auguſtini interrogationes interrogatione ꝛ reſponſione ſexta/ beatus ſcripſit Gregorius. et habetur In capitulo ad ſedem. Verſiculo. quedam. xxxv. q. quinta. Et que de preſcriptione contra prohibitionem contrabendi cum affine/ Ricardus de mediavilla poſt alios tradit: in quarto ſententiarum. Diſtinct. xlj. Articulo. ij.

Digitized by Google

¶ Nō non iure diuino ſed tātum humano ſcilicet ex eccleſie ordinatiōe matrimoniū eſt vxore ſine liberis p̄mortui prohibitū fuit.

q.iij. Et q̄ de cōſuetudine beatus Thomas ſcribit: In prima ſecunde.q.xcvij. articulo. iij. in reſponſione ad primum.

EX quibus omnib⁹ (Inuictiſſime Ceſar) euidenter atq; clariſſime patet: nō aliquo iure diuino (morali ſcilicet) nec poſitiuo: Sed humano tantum iure ex eccleſie catholice inſtitutione (qō frater vxoꝛez fratris abſq; liberis p̄mortui ad ſuſcitādū ſemen ducere non poſſit) ſtatutum deciſuz ac ordinatum eſſe: Dictamq; prohibitionē potius humanā q̄ diuinā extitiſſe: ⁊ magis poſitiuo quam diuino iure factam fuiſſe.

¶ In qua opinione beat⁹ fuit Auguſtin⁹. in libro. xv. c. xvj. de ciuitate dei dicens: Nō quanto hoc antiquius fuit compellente neceſſitate: tanto poſtea factum eſt damnabilius religione ſedente eccleſie phibitione prohibente.

¶ Nō quidē expreſſius atq; clarius Idem Auguſtinus ⁊ omnes ſuper leuiticum ordinarie ſcribentes/ et etiā hiſtoriaꝝ magiſter/ Lincolnenſis/ Rodulphus flandacenſis/ Jacob⁹ de luſana/ Petr⁹ bleſenſis/ Hugo cardinalis/ et Dio. ticrinearis ſup. xiiij. Mathei. c. et alij ſuperius relati voluerunt: in quantum leuiticam illam prohibitionez in fratre viuo vel cum liberis decedente intellexerunt: et inquantum caſum noſtrū minime ibi comprehenſum/ minimeq; ibi prohibitum fuiſſe affirmarunt.

¶ Eandē etiā opinionē tenuit. Druthmarus/ Albertus magnus/ et ceteri de quib⁹ etiā ſuperius mentionē fecimus: dicentes ⁊ affirmātes/ Ideo Herodē beatū Joannē reprehendiſſe: quia Herodias Philippi fratris ſui vxoꝛē viuēte fratre ipſius conſtitit duriſſe. Innuētes ⁊ ſentientes/ qō ſi tūc temporis etiā poſt chriſti aduentū ante eccleſie prohibitionē frater nō viriſſet: licite eandez ſecundū legē Herodes ducere potuiſſet.

¶ Hanc etiam opinionē tenuit Scotus in quarto ſententiarum. Diſtinc. xlj. in principio. in queſtione de affinitate. Ad ſi. ad queſtionem. vbi inquit. Nullam aliam rationē eſſe/ quare affinitas impedit matrimoniuz: niſi ſtatutum eccleſie affines illegitimantis. Et propterea idem Scotus in eodē quarto ſententiarū libro. Diſtinc. xl. Verſiculo. ſecundo circa finez dicebat. Nullatenus in lege euangelica inuenirt: aliaz prohibitionē vltra prohibitionem legis nature a chriſto factam fuiſſe. Quod etiam ibi beatus Bonauentura. in. iij. q. Joannes de baſſolijs ⁊ Franciſcus maro. Scoti diſcipulus voluerunt. Et eſt textus apertus. in. c. ij. in finalibus verbis. xxxv. q. ij.

¶ Eandem etiam opinionem tenuit Petrus de palude Ibidem. Articulo [illegible] tunda cōcluſione. Secunda (inquiens) concluſio eſt de prohibitione iuris diuini: qua prohibentur plures perſone pura ſimul naturali federe commorantes: que numerantur Leuitici. xviij. et ſunt duodecim. Mater/ Nouerca/ Soror/ Neptis/ Materterra/ Vxor patrui/ Nurus/ Vxor fratris non premortui ſine liberis. ⁊c. Hec ille. Clariſſime volens atq; ſentiēs. Nō ſi frater abſq; liberis mortu⁹ fuiſſet: nullaten⁹ iure diuino tale matrimonium prohibitum extitiſſet.

¶ Huius etiam opinionis beatus fuit Bonauentura/ in eodem quarto ſententiaruz. Diſtin. xxix. Articulo. ij. q. iiij. ſic inquiēs. Illegitimitas perſonaruz ad matrimoniū eſt dupler. Una eſt ſecundum naturam ⁊ inſtitutionem diuinaz: vt puta quod filius nō contrahat cum matre/ neq; pater cum filia: Item quod alligatus vxoꝛi non ducat aliā: Vel etiam in gradibus diuina lege prohibitis. Leuitici. xviij. vt dicunt iuriſperiti: vbi prohibetur ſecundus gradus. Et hec Illegitimitas aſtringit fideles et infideles. Et ſi in tali Illegitimitate contrahitur matrimonium apud infideles: Soluitur cū veniunt ad fidez. Quia (vt dicit Ambroſius) quod extra dei decretum factum eſt: Non eſt putādum matrimonium: Sed cum cognoſcitur emendandum. Unde iudeus ſi contrahat cum ſoꝛore/ in primo gradu: ad fidez veniens/ ab ea ſeparatur. Si autem cōtrahit cum vxoꝛe fratris: quia hoc eſt in lege conceſſum: minime ſeparatur. Hec ille. Vult ergo clare beatus Bonauentura: nuptias cum vxoꝛe fratris abſq; liberis defuncti/ neq; diuino iure fuiſſe prohibitas. Quia ſi diuino iure prohiberentur: et in leuitica diſpoſitione comprehēderētur: ſicut ⁊ nuptie cum ſoꝛoribus celebrate diſſoluuntur: pari modo et iſte diſſoluerentur.

¶ Eandem etiam opinionem tenuit Guilielmus de rubione. In eodez quarto. Diſtinctio. xlj. In ſecunda queſtio. prime queſtionis principalis. Verſiculo. tertia et vltima concluſio. In lege (inquiens.) Euangelica/ Omnis affinitas videlicet tam recta

ꝙ transuersalis impedit matrimoniū cōtrahendum: quia sic est ab ecclesia ordinatum.

¶ Idem etiā voluit Ibidem Gabriel biel vel vt melius loquar Cuēdelinus/ in illius supplemēto: in prima.q. vbi tractans an affinitatis impedimentum de iure diuino positiuo/ aut ex ecclesie statuto fuerit: sic ꝛquit. Affinitas est impedimentum matrimonij/ dumtaxat ex ecclesie instituto effines ad matrimoniū in certis gradib⁹ Illegitimātis.

¶ Et quod nostri casus prohibitio ex ecclesie constitutione fuerit: voluit aperte beat⁹ Thomas theologorū princeps: et post eū subtilissimus ac Reuerēdissimus domin⁹ Thomas de vio Caietanus: Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis: in secūda secunde.q. clxiij.

¶ Hanc etiaꝫ opinionem clare voluit. glo. quam ibi communiter doctores sequūtur. In capitulo litteras. In verbo diuina lege. de restitu. Spolia. et in. c. primo. ꝟ Historia. in verbo per Moysen. xxxv. q. prima. Duz casus diuina lege prohibitos referēs/ et de vxore fratris mentionē faciens: casum illud de fratris vxore quandam recepisse determinationem dixit: scilicet quando frater absqꝫ liberis mortuus fuit. Quē casum in diuina prohibitione nullatenus posse cōprehendi voluit. Quod quidem satis etiaꝫ voluit. Glo. communiter approbata. in. c. Ad audientiam. in verbo sponsam fratris. in finalibus verbis. de sponsa.

¶ Et pro ista opinione est textus apertus. in. c. deus qui. de diuortijs. Vbi summus pontifex cum illis q̄ ante illius textus dispositionem eiusqꝫ promulgationem cum relictis fratrum (iuxta legis Mosayce preceptum iudeorumqꝫ consuetudinem) contraxerūt: vt vxores predictas retinere possent/ dispensauit. Que dispensatio ita generaliter (vt in secunda prorima principali dubitatione dicemus) minime fieret: si iure diuino tale matrimonium veritaꝫ prohibitumqꝫ existeret.

¶ Per quem textum hanc opinionem doctores communiter ibidem tenuerūt: Maxime hostien. Casum istum lege diuina toleratum et per consequens minime prohibitum esse affirmans.

¶ Et Anthonius de Butrio. in secūdo notabili: et illo textu notatus et dicens: contrahere cū relicta fratris absqꝫ liberis premortui Aure diuino permissum sicqꝫ nullatenus prohibitum extitisse.

¶ Et Petrus de Anchoarrano. in secundo etiā notabili dicens. Quod sicut ad fidē cōuersi tollerantur/ si in consanguinitatis gradu canonica lege prohibito contraxerūt: pari modo / si in gradu affinitatis de quo ibi cōtraxerint: tollerari debent. Clare sentiēs atqꝫ volens: casum istum quod frater scilicet vxorem fratris absqꝫ liberis premortui ducere non possit: non iure diuino sed positiuo canonica scilicet lege prohibitū esse.

¶ Idem voluit ibidem cardinalis. A tempore illius textus et sic ab ecclesie prohibitionis tempore/ matrimonium (inquiens) cum relicta fratris absqꝫ liberis premortui prohibitum fuisse.

¶ Vbi etiam idem voluit prepositus. Matrimoniuꝫ predictum (post. Hu. inquiēs) nullatenus diuine legi esse contrarium: sed potius diuina lege permissum.

¶ Quā etiā opinionē cōsulendo secut⁹ est Florianus/ quē refert et sequitur. Barba. in cōsilio. xiij. incipi. Illud in mediū referam. col. j. ⁊ per totum. vol. iiij. cōsulentes ⁊ affirmantes/ etiā tempore nostro. Judeū cū sororevxoris premortue licite cōtrahere posse ⁊ legeꝫ fratris/ legemqꝫ licet. C. de incestis. nup. q̄ matrimonia cū relictis fratruꝫ absqꝫ liberis morientiū improbant: in iudeis locū etiā hodie non habere. Ex quo patet/ talia matrimonia aīi ecclesie phibitionē semp licita ⁊ nullo iure diuino prohibita extitisse. Quia si diuino iure talia cōiugia prohibita fuissent: nullo vnq̄ tēpore cū psonis diuina lege phibitis Judei cōtrahere potuissent.

¶ Et quamuis ecclesia catholica id expresse vt dixim⁹ improbauerit: nullaten⁹ tamē iudei ex quo in suis festiuitatib⁹ tollerātur; a talibus cōiugijs minime iure diuino prohibitis excludūtur: nec quantū adhoc canonibus statutis/ ecclesieqꝫ prohibitionib⁹ ligātur. c. oīa. in fine. xij. distin. c. de infidelibus. et ibi doctores. de consangui. et affinita. c. fi. qui filij/ sint legiti. c. gaudem⁹ cū similib⁹ et ibi ꝯmuniter doctores. de diuortijs. Glo. ⁊ doctores. in. c. primo. in verbo peruenerit. xxxv. q. j. et in. Clemē. j. in verbo principib⁹. de Usuris. Hostien. in suma de iudeis. ꝟ in quib⁹ tollerētur. Albericus de rosa. in Rubrica. ff. l. in nemo ⁊ l. iudei. C. edē titu. Salice. in. l. celebrādis. C. de nupcijs. Collectarius. in. c. Martin⁹. de cognatio. spirituali. Doctores. in Rubrica. vbi. Alex. in. iij. col. ff. noui operis nuntia. et in. c. qō dilectio. de consanguinita. et affinita.

97 ¶ Et ideo in iudeorū successionibus leges nostre inter iudeos etiam hodie non seruā tur. vt notabiliter consuluit. Calderi. in cō silio. x. incipi. lex Mosayca sub titulo de cō stitutio: et in consilio. ij. incipi consuetudo. sub titulo de cōsuetudine. Et in cōsilio. xxx. sub titulo de testamentis. Roma in cōsilio. clv. incipi. permissum lauduz ad finē. quos refert et sequitur Jasson. in. l. qui se patris. col. vj. in pricipio. C. vnde liberi. vbi inquit Ita in magna causa florianum consuluisse. Et idem in. l. maximū vitium. C. de liberis preteritis tenuisse. Quod etiam voluit et p plura tenuit. Alex. in consilio. vj. incipi. su per premissa dubitatione. vol. vj. ¶ Barba. in consilio. xv. incipi. clementissimi. coll. pri ma vol. primo. ¶ Quamuis quantum ad 98 alia ab ecclesia prohibita iudei de ecclesie fo ro (vt ab ecclesia puniri possint) efficiātur. vt traditur per glo. et cōmuniter doctores in. c. post miserabilē cum similibus de Usu ris. ¶ in. c. in Archiepiscopatu. de Rapto. ¶ in. l. nequis. C. de iudeis. ¶ Et quāuis quā tum ad imperiales seculares q̄ leges de fo ro etiam imperatoris seculariq̄ iudicis ef ficiantur: quibus legibus iudei contrafactē res omni casu subijciuntur/tenentur/liga 99 tur/et obligantur. Licet vt dixim⁹ canoni cis constitutionibus non astringantur. vt voluit Azo. in summa de iudeis. Salice. ¶ Raphael fulgo. in. l. nemo. C. eodez titulo. Cynus ¶ petrus de bella pertica. in. d. l. ce lebrandis. C. de nuptijs. doctores cōmuni ter in. c. primo. de constitutio. et in. c. iudei. de testibus. ¶ in. c. gaudemus. vbi Petrus de Ancharra. col. ij. in secunda oppositione rationem diuersitatis assignat. de diuortijs. et in. c. iudei el. ij. de iudeis. et in. d. Clemen ti. prima post. Glo. ibi. de Usuris. Ludo. Roma. in cōsilio. LLL. Lxxxix. Incipi. hec domina. Alexan. in consilio. lxxxix. inci pi. Visa inquisitione per totum. vol. vj. ¶ in consilio. xlij. incipi attentis his per totum. vol. septimo. Philippus corneus. in con silio. xliij. incipi. licet primo aspectu. in fine. vol. primo. et in consilio. clxxx. incipit: in hac consultatione. col. ij. vol. ij. Maria socci. in consilio. lxij. incipi. in presenti cōsultatione. col. iiij. Ursicu. secundo pro hac parte. vol. primo. et in consilio. lx vj. incipi. frustra. col. vij. et. viij. et in consilio. lxx. incipi: in presen ti consultatione. coll. prima et secunda. et in consilio. lxxj. incipi. Cor mundum. eodem. vol. Philip. decius. in. c. consuluit. in. ij. no tabili: de appellatio. Rochus de curte. in. c. fi. col. cxxxij. Ursicu. xv. quero. de consue tu. et Thomas ferratius. in cautella. xxiij. ¶ Eandem etiam opinionez scilicet quod non diuino iure sed potius humano/ et ec clesie catholice institutione statutum fue rit: quod frater vxorem fratris absq̄ liberis premortui ducere non possit: voluit Archi episco. Florenti. In tertia parte sue sume ti tulo. primo. c. xiij. §. ij. Joānes de turrecre mata in. c. coniunctiones. col. ij. in fine. duz ad secundam obiectionē (de. c. deus factā) respondet. xxxv. q. iij. Nicolaus milis in re pertorio suo In verbo dispensatio. Ursi cu. dispēsare potest papa. Et Joānes Lu pus Segobiēsis decanus in tracta suo de matrimonio et legitimatione. in. q. incipien ti que sunt que impediunt matrimonium. col. prima in medio. Idq̄ quāplurimi alij voluerunt. Pro quib⁹ faciunt que in sequē ti proxima atq̄ principali Secunda dubita tiōe dicem⁹. ¶ Et ista est cōmunis opinio/ vera firma et indubitata cōclusio. Secūdū quam iudicandum fore non dubitarē: Qui nimmo in iudicādo ¶ consulendo ab eadez recedi posse nullatenus sanum atq̄ securuz esse existimarem. Quamuis nonnulli cōtra rium ¶ minus bene salua eorum pace Cen serint: ¶ prohibitionē predictaz/ non huma nam/ Sed diuinam esse peream affirma uerint. In qua opinione fuit. butri. in Ru brica de consuetudine. quem refert et sequi tur feli. in. c. primo. col. iiij. Ursicu. tertia de clarario. de tregua ¶ pace. Quam etiam opi nionem tenuerunt. B. Londonie episco pus. Magister Jacobus/ Magister pala tij ordinis fratrum predicatorum/ Magi ster Bartholome⁹ de bononia ordinis fra trum minorum/ Bulardus de nona eccle sia/ Junianus thomatij/ Joannes fardi/ Bernardus cathalanus/ et alter castellan⁹ decretorum doctores: quos Egidius debel lamera in suo eleganti. xxviij. consilio retu lit: incipi. in facto mihi tradito. col. iij. Ursi cu. post premissa. Quorum opinio iūre pro tedere potuit: quando frater cuz liberis pre mortuus fuit: Semelq̄ post eius mortem dimisit: prout in casu quo ipsi consuluerunt cōtingit. alias autem si absq̄ liberis vt in ca su nostro frater ipse decessisset: eorū opinio (cum vere indubitate/ atq̄ communi opi nioni contraria fuerit:) nullatenus iure ali quo validari/ fundari/ approbari/ vel sustī neri vlauit.

Digitized by Google

¶ Respōdetur obiectionibus que fieri contra/superius adducta possent.

QUi cōmuni opinioni non obstat textus qui forte in cōtrariuz adduci posset scz. c.litteras ibi.vt in gradib⁹ cōsanguinitatis diuina lege phibitis.de restit. Spolia.et.c. coniunctiones.ibi quia has diuine seculiq; prohibent leges. xxxv.q.iij. Quia iura illa non in casu nostro (quando scilicet frater absq; liberis mortu⁹ fuit) loquuntur. Sed in alijs cōsanguinitatis gradibus diuina lege prohibitis/et in.xviij.leuitici capitulo contentis (de quibus superius mentionem fecimus Intelliguntur.)

¶ Nec etiam obstat ter.in.c. de incestis.ex Agathensi consilio sumptus. eadem. xxxv. q.iij.in quantum post casus nostri/et alioz consanguinitatis et affinitatis graduum expressionem:omnia coniugia predicta (tam olim quam nunc) incestuosa fuisse affirmauit. Quia etsi olim hoc prohibitū textus ille extitisse dixerit:non propterea casum nostrū iure diuino fuisse phibitū asseruit. Sed immo olim humano scilicet et positiuo iure id tam verum fuisse sensit. Nam per.c. siquis desponsauerit.xxvij.q.ij.et per alia iura late superius adducta hoc idem olim prohibitum/statutum/decisum/ac determinatum extitit.

¶ Nec obstare etiam poterit Si forte aliquis dixerit: Quod cum per diuinam illaz leuiticam dispositionem/ Matrimonium cum vxore fratris etiā absq; liberis premortui prohibitum fuerit: (inquātuz dominus absolute et indistincte leuitici.xviij. turpitudinem vxoris fratris reuelari prohibuit: Et inquantum tale matrimoniuz:in.xx. eiusdē libri capitulo Illicituz fuisse dixit:) Quamuis postea iustis quibusdā respectibus atq; cōsiderationib⁹ illud dōs tollerauerit:tamē et quo sancta mater ecclesia (p̄dictā tollerationem ac permissionem de medio tollendo et dictam diuinam leuiticam prohibitionem confirmando) matrimonium predictum improbauit:talis prohibitio non humana/sed potius diuina dici et reputari debuit. Cuz sancta mater ecclesia nihil de nouo fecerit:minimeq; quicq̄ nouitatis induxerit:Sed deuteronomiam illaz permissionem de medio vt diximus tollendo/leuiticam tantum dispositionem atq; prohibitionem confirmauerit.

¶ Quia hinc difficultati satis cōgruā/satisq; clarā ac euidētē et superi⁹ latissime adductis colligere possum⁹ responsionē:vt scilicet de fratre viuo vel cū liberis defuncto dictaz leuiticā intelligam⁹ dispositionē. Nunquā enim ante ecclesie catholice prohibitionem matrimonium fratris cuz vxore fratris absq; liberis premortui/fratribus inter dictuz prohibitum mq; fuisse legimus. Immo semper permissum atq; tolleratum fuisse reperimus. Quinimmo dato quod leuitice ille dispositiones de vxore fratris etiaz absq; liberis premortui loquerentur; taliaq; fratrum matrimonia improbarentur: Tamen quia postea per Deuteronomiam dispositionē id expresse reuocatum/et contrarium fieri debere preceptuz fuit: Sicq; tale matrimonium (quādo frater scilicet absq; liberis moriebatur) licitum atq; tolleratū extitit. Quāuis postea ecclesia sancta catholica predictā leuiticam dispositionem confirmauerit. A tempore ecclesie confirmationis atq; prohibitionis et sic a confirmante/et non a tēpore legis leuitice/ꝛ sic a confirmato/prohibitio predicta vires ac denominationem summere debuit. ¶ Vulgatissima em̄ ac indubitatissima regula est:Quod quando per confirmationem alicuius rei esse tribuitur:vel res ipsa validatur:vt puta quia ante confirmationē res ipsa actusq; ille fieri non p̄mitteb⁹ tur:Tūc nō principalis ordinationis sed cōfirmatiōis tēpus inspicitur: ꝛ a cōfirmante act⁹ ille noiatur:vt notabiliter inquit. Bal. in.l.ex placito.col.ij.C.de reruz permitatione.ꝛ in.l.ex verbis.C.de donatio inter virū ꝛ vxorem.ꝛ in tractatu Scismatis quez posuit post titulum.C.siquis aliquē testa prohibu. et in.l.ius ciuile per textuz ibi.ff.de iustitia ꝛ iure.et i.l.adoptio.ff.de adoptio. Idē voluit Bar.ꝛ communiter doctores.in.l.ꝛ quia vbi latissime per modernos.ff.de iurisdictio.omni. Judi. Barba in cōsilio.xxiij. incipi. a ione:in.ij.col.et cōsilio.xxix.incipit. illud in medium afferam in.iiij.col. et consilio.xlij.incipi.deū innocet aduitoriez in.vij. col.ꝛ cōsilio.lxxvj.col.penul.vol.iij.de quo per feli.in.c.inter dilectos.col.vij.de fide instrumen.per doc.in.l.omnes populi cuz similibus.ff.de iustitia:et iure. Sed cuz summus pontifex sanctaq; mater ecclesia dictū cum vxore fratris absq; liberis premortui matrimonium improbauerit:et prohibitionis tempore licitum tale matrimonium fuerit:predictam prohibitionem non diuinam sed humanam potius reputamus. Omnia enim nostra facimus:cum auctoritatem nostram impartimur.l. prima cuz similibus. C.de veteri iure enucle.

100

Digitized by Google

¶ Et si forsan aliqui adhuc casum nostrum diuino iure pertinaciter prohibitum esse dixerint: Sicq; iura predicta intelligẽda esse putauerint: Si de expressa legis diuine prohibitione id intellexerint: Eoruꝫ opinionẽ erroneam esse: Secq; erronee locutos fuisse meminerint. Eorum tamen opinionem forte hoc infrascripto modo saluare poterimus. Nam id dicere possumus: ⁊ satis congruũ veritatiq; consonum existimamus: Quod quamuis nullo vnq; diuino/ sed potius humano tm̃ vt diximus iure ex catholice ecclesie institutione Matrimoniũ cum vxore fratris absq; liberis premortui fratrib⁹ interdictum prohibitumq; extiterit: hocq; communis theologorum/canonistarum et legistarum Schola vt diximus comprobauerit: Et sic talis prohibitio potius humana quã diuina fuerit: Tamen ex quo sancta mater ecclesia q̃ semper regitur spiritu sancto/ tale matrimonium suis constitutionibus improbauit: credendum est: Dictam ecclesie prohibitionem/quandam iuris diuini/ consideratione habuisse: et a iure diuino diuina q; ordinatione originem causam. ⁊ occasionem ad tale matrimonium prohibendũ sumpsisse. Nam ex quo morte atq; passione christi Redẽptoris nostri/ talis cerimonialis obligatio/indecorumq; consuetudo ⁊ obseruantia/ac Mosayce legis preceptum (quia de Redemptore nostro magnam vt diximus figuram continebat:) cum aliis cerimonialibus atq; figuralibus extinctum/ mortuum/atq; anullatum extitit: Satis dominus ex predictorum extinctione atq; anullatione/cum iam omnia cõpleta et consummata fuerint: quod id tanq; inhonestum/indecens/ ⁊ minime necessarium amplius fieri non deberet: sua aperta voluntate monstrauit/ Et Alma mater ecclesia quamuis voluntarium a domino cum fratris vxore matrimonium minime expresse prohibitum inuenerit: nec dominus ipse prohibuerit: Ex eo tamen quod contrahendi obligationem atq; necessitatem dominus ipse abstulit: Satis ex illa diuina cerimonialium et figuralium extinctione/ad auferendam etiaz contrahendi libertatem/originem/causaz/ et occasionem sumpsit. Et quamuis ecclesiam catholicam diuina quadam inspiratione atq; imitatione matrimonium predictũ prohibuisse cognoscamus: non tamẽ ppter hoc prohibitionem predictaz de fratris absq; liberis premortui vxore a fratre etiaz voluntarie ducenda/diuinã reputamus: Sed tantum humanam ex sola ecclesie scilicet institutione (quibusdam iustis considerationibus/ex diuina prouisione atq; ordinatione/cerimonialium q; extinctione comprehẽsis) factam fuisse credimus ⁊ affirmamus. Sicq; omnium contrarium tenentiuꝫ ⁊ cõmuni opinioni repugnantium opiniones/ ac iurium decisiones (si qui contrarium tenuerunt) intelligi/interpretari atq; declarari posse existimamus.

¶ Dominus enim solum obligationem ⁊ cõtrahendi necessitatẽ/penarumq; impositionẽ (quib⁹ frater ad vxorẽ fratris absq; liberis premortui ducendam cogebatur:) reuocauit. Nec enim cerimonialia atq; figuralia erant: que cum in figura contingerent et cerimonialia fuerint: eius morte atq; passione omnia extinxit ⁊ anullauit. Sed quod frater si voluntarie fratris absq; liberis premortui vxorem ducere vellet: id facere non posset/ nullatenus prohibuit: Sed catholica Sancta mater ecclesia id vt diximus improbauit. 101

¶ Cum igitur casum nostrum minime iure diuino prohibitum ac improbatum/ sed permissum potius ⁊ tolleratuꝫ/ Immo veritus preceptum fuisse reperiamus. Nullatenus contrarium asserere possum⁹/ nec debemus. Nõ enim quis improbare seu prohibere debet: quod improbandum aut prohibendum nunq; sancta scriptura declarauit. vt inquit. tertius. in. capitulo. lex diuine. xxvii. q. ij. 120

¶ Nec obstare videtur. Si ⁊ illud adducatur: quod ad paterniũ filio suo neptem ex filia copulare volentem. Epistolarum lib. viij. epistola. lxvj. Beatus scripsit Ambrosius. sic inter alia dicens. Peteredis in tuis litteris/quod permissuꝫ hoc diuino iure cõnubium. Huiusmodi pignoribus existimetur: eo quod non sit prohibitum. Ego autez et prohibitum asserо. Quia cum leuiora interdicta sint de patruelibus fratribus: multo magis hoc quod artioris est/ plenum necessitudinis interdictum arbitror. Qui enim leuiora astringit: grauiora non soluit/ sed aligat. Quod si ideo permissum putas: quia specialiter non prohibitum: Nec illud prohibitum sermone legis reperies: ne pater filiam fuam accipiat vxorem. Numquid ideo licet quia non est prohibitum? Minime. Interdictum est lege/ que est in cordibus singulorũ. Im-

terdictum est inuiolabili prescriptione pietatis titulo necessitudinis. Quanta huiusce modi inueries non esse interdicta/lege per Moysen edita: et tamē interdicta sunt quedam voce nature. Multaq; sunt que licet facere: Sed non expediunt. Omnia enim licent: Sed non expediunt: omnia licent/sed non edificant. ⁊c. Hec ille. Quia in casu expresse diuina lege prohibito beat⁹ Ambrosius loquitur. Nam turpitudinem patrui reuelare: et sic neptem cum patruo posse cōiugi. Leuitici. xviij. prohibetur. Casus autem noster/cū In lege diuina expresse permissus reperiatur: nec pbibitus dici potest: nec veritus a beato Ambrosio affirmatur. Sed quia (vt ipse inquit) multa licent que non expediunt/nec edificant: Ideo iuste et recte talia matrimonia (et si antea lege diuina tollerabantur: licitaq; putabātur:) ab ecclesia sancta catholica vt diximus prohibentur et reprobantur: et tales prohibitiones non diuine (cum in lege diuina expresse nō reperiantur:) sed humane potius nominantur. Quis enim iure diuino id prohibitum asserere poterit: qō ⁊ dominus ita fieri multis i locis voluit/iussit atq; precepit: Quod q; in ipso contingi et adimpleri decreuit: quando ex talibus coniugiis descendere nō dubitauit: Certe nemo. Nisi talia dicentē/Insanum atq; dementem iudicemus.

Conclusio presentis q̄stionis.

Ex quibus omnib⁹ (Inuictissime Cesar) hanc veram/certam/et indubitatam inferimus atq; firmamus cōclusionē: tale scilicet matrimonium cuz vxore fratris absq; liberis premortui nullatenus iure diuino prohibituz fuisse: Sed potius diuina lege tolleratum/permissum/immo verius a domino (quod ita fieret) preceptum/et postea ab ecclesia sancta catholica improbatum extitisse.

Que cōclusio etsi absq; dubitatione procedere videatur: prout In veritate procedit: multo magis et absq; difficultate procederet: si frater vxorem suam (vt in casu nostro contingisse fertur) carnaliter non cognosceret. Quo casu. Cum Illustrissimus dominus Arcturus vxore carnaliter minime cognita mortuus fuerit: nullo diuino iure repugnante/nec contra dicente/licite eādem Serenissimus Henricus eius frater in vxorem ducere potuit: cum nulla inter eos affinitas cōtracta videatur. De cui⁹ affinitatis cōtrahende substantia est: qō carnalis copula subsequatur. vt cōmuniter doctores concludunt: multa sup copula tam ordinaria q̄ extra ordinaria et seminis effusione adducentes In dicto quarto sententiaꝝ. Distin. xlij. et in. c. extraordinaria/cum similibus. xxxv. q. iij. et de Eo qui cognouit cōsanguineam vxoris sue per totum. cum his que latissime Archiepiscopus scribit Florētinus/In tertia parte sue summe. titu. primo. c. xj. in principio. Solum enim ex ecclesie institutione atq; prohibitione talem fratris vxorem frater ducere prohibetur. Quia cū quedaz honestas in matrimonijs signanter attēdatur: In quib⁹ non solū quid liceat/sed quid honestū sit consideratur. Ecclesia sancta catholica (preter alia matrimonij impedimenta) illud matrimonij impedimentum inuenit: quod publice honestatis iusticiam vocauit. capitulo primo cum similibus et ibi cōmuniter doctores. De sponsa. lib. vj. ⁊ traditur per doctores in summa post. Slo. ibi. xxvij. q. prima. Et sponsam fratris non cognitam (propter publice honestatis impedimētuz quod inde oritur:) fratrē ducere prohibuit. .c. sponsam. cum similibus. et ibi. doctores. De sponsa. ¶ Et qō tale publice honestatis impedimentum ab ecclesie institutione et sic a iure positiuo et humano et non a diuino iure robur acceperit: quamuis hoc clarum atq; indubitatū existat: voluit/tenuit/et tradit beatus Thomas post alios. In dicto quarto sentē. Distinc. xlij. Uersicu. ad secundum circa finem. Joannes Andre. quē communiter doctores sequuntur. in. c. non debet de consangui. et affinita. et in. d. c. primo. De sponsa. libro. vj. Bal. in. l. penulti. C. De incestis nupt. Lucas de pena post alios. in. l. fi. in. viij. col. C. De incolis et vbi quis domicilium. li. x. ¶ Et An ex illustrissimi domini Arcturi quondam et Serenissime dñe Catherine cohabitatione/⁊ thori communione/presumēdum sit/Inter eos carnalem copulam precessisse: quia de hoc in decima tertia principali questione tractauimus: et an coniugum confessioni sup hoc standum sit/in. xv. principali questione nō nulla dicemus: ad ibi dicenda/tradenda/atq; tractanda nos remittimus.

Et vt breuius huius prime dubitationis atq; facilius veritas habeatur/et inueniatur: breuē (Inuictissime Cesar) atq; succintā posse fieri existimo distinctionē/conclusionem/atq; determinationē. ¶ Cū

Digitized by Google

enim queritur An frater vxorem fratris ducere possit: an hoc sibi iure diuino (a tempore scilicet legis scripte incipiendo) prohibitum videatur: sic esse censeo distinguendū.
¶ Aut tēpore quo frater vxorem fratris ducere volebat: Dictus eius frater viuebat: aut mortuus erat.
¶ Si enim frater viuebat: nullo diuino iure frater vxorem fratris viuente fratre ducere poterat: etiam in casu quo frater vxorē suā ex legis veteris permissiōe repudiabat.
¶ Aut frater mortuus erat: Et tūc/ aut frater vxorem suam carnaliter non cognouit: quia ante quam vxorē carnaliter cognosceret mortuus fuit: ⁊ tunc non iure diuino sed tantuz humano ⁊ positiuo ex ecclesie catholice institutione/ frater vxorē fratris premortui non cognitam ducere prohibetur.
¶ Aut frater carnaliter vxorem suam cognouit: ⁊ tūc/ Aut sine prole frater decessit. Aut cum prole.
¶ Si enim absq; prole frater decessit: Omni iure tam naturali quaz diuino vsq; ad catholice ecclesie prohibitionem/ tale cuz vxore fratris absq; liberis premortui matrimonium/ licitum/ permissum atq; tolleratum fuit: Imo ex dñi precepto tale inter eos cōiugiū fieri debuit. Nō postea sancta mater ecclesia ⁊ sic ius humanum improbauit.
¶ Aut frater cum prole decessit: Et tunc. Aut ex illa eademq; vxore cum qua frater contrahere volebat. Aut ex alia.
¶ Si ex eadem. Et tunc. Tam iure diuino quā humano/ a legis scripte et sic a secūde institutionis tēpore vsq; in hodiernam diē semper fratrem relictam fratris cum prole decedentis ducere prohibitum fuit.
¶ Si enim Ex alia vxore frater prolem reliquit: puta quia prima vxore mortua ex qua prolem suscepit atq; dimisit/ Aliam duxit: ex qua prolem forte habere non potuit: et si habuit/ prolem tamen ex ea non dimisit: et ⁊ tunc/ licet istuz casum nec decisum immo nec scriptuz inuenerim: idem dici posse existimarem: scilicet quod nec istam secundaz vxorem ex qua defunctus prolem non suscepit: frater aliquo iure ducere potuit. Et hoc ideo/ quia cum causa deuteronomie dispēsatiōis hec fuerit: scilicet vt frater fratri suo/ non vxori/ Semen suscitaret: et nomē eius non excideret: ex per prolem ex vna vxore Relictam talis dispensationis causa cessauerit: merito cessare debuit dispensatio: ⁊ legis similiter dispositio.

¶ Sed quia Hunc Articulum/ An cessante scilicet causa dispensationis/ cessare debeat dispensatio/ late In septima principali dubitatione declarabimus: ibidem adplenum illius veritatem adducemus. Pro nunc autem (Inuictissime Cesar) hec quo ad primam principalem istam dubitationē adduximus. Et quia in multis defecisse credimus: eadem cuiuscunq; melius ac rectius sentiētis correctioni submittimus. Ad secundam vero principalem dubitationem Accedamus.

Digitized by Google

Sequitur secunda principalis dubitatio: An scilicet Summus pontifex potuerit cum dictis Serenissimis regibus dispensare. Et primo pro parte negatiua nonnulle prius difficultates In Serenissimi regis Anglie fauorem ponuntur: que postea inferius confutantur.

¶ Primum pro parte negatiua fundamentum.

Quantum ad secundam principalē huius cause dubitationem Qua queritur et dubitatur: An cum Serenissimis dominis Henrico Anglorum rege ornatissimo/ et Katherina ab illustrissimo Arturo quondā dicti Henrici fratre absq; liberis defuncto relicta/ vt inter se matrimonium contrahere possent: Sicq; an in predicto. v. huiusmodi affinitatis gradu atq; matrimonio potuerit summus pontifex dispensare: Quia casus est singularis et valde notabilis: cuz de summi pontificis potestate honore atq; authoritate/ nec non de Serenissime domine Katherine Anglie regine defensione tractetur: Non nullas prius in hac dubitatione difficultates in Serenissimi Anglie regis fauorem adducere decreuimus: vt illis discussis ac confutatis Clarius Serenissime regine Iusticiam ostendere valeamus.

¶ In primis em (Inuictissime Cesar) prima facie fore dicendū videtur: Summū pōtificē nullaz cū predictis Serenissimis regibus/ Nullamq; i predicto affinitatis gradu dispensandi facultatem habuisse.

¶ Nam cum iure diuino relictaz fratris in vxorem ducere prohibitum fratribus reperiatur: Vt patet. Leuitici. xviij. ibi. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: q; turpitudo fratris tui est. et. c. xx. ibi. Qui duxerit vxorē fratris sui: rem facit illicitā.) Non potuit nec potest contra predictū ius diuinum summus pontifex dispensare: vt probat text. apertus. in. c. litteras: ibi quādo aliquis gradus consanguinitatis obijcitur/ in quo sedes apostolica dispensare non potest: nec etiam consueuit. Et ibi. Ut in gradibus diuina lege prohibitis restitutionis aditus precludatur. Et ibi. Cum in illis dispē sare non possit. De restitu. Spolia.

¶ Papa enim super his disponere potest. 1
Super quibus dominus/ Euangeliste/ aliquid aut prophete nequaq; direrit. Ubi vero aperte dominus vel ei⁹ Apostoli/ et eos sequentes sancti patres sententialiter aliq; diffinierunt: ibi Romanus pontifex/ nō nouam legē dare (vt verbis vtar text. in. c. sunt quidam. xxv. q. primo.) Sed potius qđ predictum est/ vsq; ad animam et sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli aut pphete destruere (quod absit) niteretur: non sententiam dare/ Sed magis errare conuinceretur.

¶ Nequaq; enim id stare potest: quod contra euangelicam vel Apostolicam doctrinam actum fuisse inuenitur. vt inquit text⁹. in. c. omne distinctione et questione predicta. Cum tunc tale potius in destructionez quam in edificationem factum esse reputetur. Super quo nulla summo pontifici potestas data neq; cōcessa videtur. Ut ad Corinthios secūdo. c. xiij. beatus scripsit Apostolus. Ideo (inquiēs) hec absens scribo: vt non presens durius agam: secundum potestatem quam dominus dedit mihi in edificationem/ et non in destructionem. ¶ Nō quidem ad Eugenium episcopum. in libro De consideratione. libro. iij. col. penul. beatus scripsit Bernardus. Nō fuz (inquiēs) tam rudis vt ignorem positos vos dispēsatores: sed in edificationē nō in destructionē.

¶ Et ideo beatus dicebat Isidorus vt habetur in capitulo: si is qui preest. xj. q. iij. Quod si is qui preest/ aliquid fecerit: aut cuiq; quod a domino prohibitus est/ facere iusserit: vel quod preceptum est preterierit: aut preterire mandauerit: Sancti Apostoli sententia ei ingerenda est: Ad Galatas primo dicentis. Etiam si nos/ aut Angelus de celo Euangelizauerit vobis preterq; quod vobis Euangelizauimus: Anathema sit: et execrabilis sit omnibus qui diligunt deum:

2

3

4

5

et tanquam falsus rectis dei aut sacrilegus habeatur.

6 ¶ Quia cum precepta atq; mandata domini firma/valida/durabilia/ pseuerabilia/ perpetua/non momentanea/non mutabilia/nec trãsitoria sint: Juxta illud Psalmi xcc. Psalmo. cxlviij. Statuit ea in eternum et in seculum: et in seculum seculi preceptum posuit: et non preteribit. Et Ysay c.c.xl. Verbum domini manet in eternum. Et iuxta salvatoris sententiam. Mathei. xxiiij. dicẽtis. Celum et terra transibunt: verba autẽ mea non peribunt. et habetur. j. q. c. fraternitatis. xxxv. q. x. Merito talia precepta in dispensabilia esse debent. ¶ Quod cõmunis theologorum omnium firmat Schola expresse tenentium et affirmantium: Summum põtificem contra ius diuinum dispensare minime posse. Precipue beatus Thomas. Quolibeto. iiij. Articulo. xiij. Doctores cõmuniter super quarto sententiarum. Tam in. xxxviij. quã in. xl. et. xlj. Distinc. De quo per Alphonsum de Madrigal alias Tostatum/ Abulensem Episcopum in prologo super Matheum. c. v. q. cvij. et. c. xxix. Mõ etiam nostri voluerunt doctores. Maxime specula. in. titu. de lega. §. nunc videtur. Doctores communiter. in. c. que in ecclesiarum. De constitutio. Glo. et doctores. in. c. propositum. de cõcessio. preben. et in. d. c. litteras. de restitu. Spolia. et in. l. prima. ff. de constitutio. principum. et in. l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. Glo. et doctores. in. c. requiritis. §. nisi rigor prima. q. vij. Archiepisco. Florenti. in tertia parte sue summe. titu. xxij. c. vj. §. xxxiij. Alberi. de Rosate. in Rubrica. col. v. ff. de receptis arbitris. Ale. in consilio. ij. incipit. visis codicillis. colu. iij. vol. primo. et consilio. xlv. incipiẽti: panicis visis. col. prima. vol. iiij. ¶ Et specialiter qõ si gradibus diuina lege prohibitis summus Pontifex dispensare minime possit: voluit. Bal. In consilio. lx. incipit. tractatur: vol. ij. Et in. l. prima. C. si nuptie ex rescripto petãtur. Linus. in. l. quidam. eodem titulo. Joãnes de turre cremata. In. c. consequens. xj. Distinc. Joannes iherson. in suo tractatu de statibus ecclesiasticis. consideratione tertia. Frater Altesanus in secunda parte sue summe. titulo. xvij. versiculo. vtrum papa. Joãnes de bacco. In quarto sententiarum. Distinc. xxxviij. circa finem. Petrus de palude. in eodẽ quarto. Distinc. xl. Cuius doctrinam sequitur ibidem Joannes Maioris

in tertia principali questione. quam etiam refert et sequitur. Archiepiscop. Florenti. In tertia parte sue summe. titu. primo. c. xiij. §. ij. in fine. Et magister Siluester: in sua summa: in verbo papa. in. xvij. q. nec non dictus Joannes de turre cremata. in. c. continctiones. xxxv. q. ij. Quod etiam voluit Henricus bubic. in. c. ad audientiam. col. ij. circa finem. de sponsa.

7 ¶ Deus enim (vt leuitici. vigesimo scribitur) precepta sua expresse custodiri precepit. Custodite (inquiens) precepta mea et facite ea. Et contrafacientibus Deuteronomio. xxvij. suam maledictionem imposuit. Maledictus (inquiens) qui non permanet in sermonibus legis: nec eos opere perficit. Quinimmo (vt Deuteronomio. c. iiij. et. c. xij. legitur) nihil iuri suo legibusq; suis addi vel diminui posse voluit: sed stricte ad vnguẽ eadem obseruari iussit: q̃ minime advnguem obseruarentur: Si summus põtifex aliquid eisdem adderet: et de eisdem aliquid diminuere posset. Et ideo prouerbiorum. xxij. dicitur. Ne trãsgrediaris terminos antiquos: quos posuerũt patres tui. Quia vt Apostolus ad Corinthios. primo. c. iij. scribit. Fundamentum aliud nemo potest ponere: preter id quod positũ est. ¶ Hinc Hilarius papa. in. c. nulli: xxv. q. prima. dicebat. Nulli fas sit: sine. statuis sui periculo/ vel diuinas constitutiones/ vel Apostolice sedis decreta temerare. Quia nos qui potentissimi sacerdotis administramus officia: talis trãsgressionis culpa respiciet: si in causis dei desides fuerimus inuenti.

8 ¶ Et ideo cũ pcta ius diuinũ nõ possit summus põtifex dispẽsare: dici solet. Quõ si alicui dispensandi facultatẽ ipse concesserit: Quãnis facultatis verba ampla et pregnantia esse videantur: nunq; ad ea que iure diuino prohibita sunt: talis dispensandi facultas extendi potest: nec debet: vt notabiliter concludit. Bal. Ange Imola. Alex. et cõmuniter doctores. in. l. filius a patre. §. fi. ff. de liberis: et posthu. et tradit latc. Felin. alias auctoritates referendo. in capitulo postulasti. col. xv. Versiculo. tertius. casus de rescriptis.

9 ¶ Alibi etiam dicitur: Quod cum priuilegium fori clericis cõcessum: iure diuino illud eisdem indultum fuisse videatur: Juxta illud. Nolite tangere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari: vt scribitur Paralipomenon. primo. c. xvj. et meminit psalmista. psalmo. cuij. et voluit. Glo. no

10

11

abilis. in capitulo si imperator in verbo et discuti. xcvj. distinctio. et in. c. quamquaz. in verbo. diuino. de censibus. libro sexto. non potest per papam tale priuilegium tolli. vt volunt domini de Rota. cōclusione. dcccxl. incipi. Utrum valeat consuetudo Anglicana. in antiquis descisionibus. Panor. et cōmuniter omnes. in capitulo. Ecclesia sancte marie. de cōstitutio. et in capitulo secundo. de Maiorita. et obedien. et in capitulo. atsi clerici. in principio. de iudicijs. et in capitulo. fi. de foro competenti. et in. d. c. litteras. de restitut. spolia. et in capitulo proposuit. de concessio. preben. et in capitulo. non minus. de immunitate. ecclesia. Oldra. in consilio. lxxxiij. incipi. An episcopus. sub titulo De foro competenti. Ludo. Roma. in. l. si vero. §. de viro. in septima fallentia. ff. soluto/matri. et in singulari. cxiij. incipi. sed an potest. Allegat Cardinalem Idem tenuisse, in Repetitione. c. perpendimus. de sentē. ex commu. Quod quidez communiter voluerunt doctores. in. l. Est receptum. vbi per Jasso. z modernos. ff. de jurisdictione. omnium iudicum: pro quibus facit. tex. in. c. certum. x. distinctio. et in. c. Siluester cuz similibus. vndecima questio. prima.

¶ Quorum omnium Ratio esse potest: qz si abhomine talis dispensatio et preceptorū diuinoruz relaratio fieret: sui superioris statuta inferior ad libitum reuocaret: et contra superioris precepta (quod nullatenꝰ est concedendum) disponeret. Vulgatum est enī: Inferiorem in sui superioris legem nullatenus posse (nisi quatenus sibi specialiter fierit concessum) dispensare. c. inferior. xxj. Distinctio. c. cum inferior. de Maiorita z obedien. Clementi. Ne Romani. de Electio. l. Nam magistratus. ff. de receptis arbitris. l. Ille aquo. §. tempestiuum cuz simlibus. ff. ad trebelia. et tradit Beda. in lib. de dispensatione et precepto. Et beatus Thomas. in tertio sententiarum. distinctio. xxxvij. Uersiculo. ad quartum. Sed cum summus pontifex/deo (qui rex regum z dominus est dominantiū) longe inferior reputetur: et nunquam hoc sibi (quod talem scilicet dispensationem facere posset) a domino concessum fuisse legatur: vt inquit. panor. in. c. per Venerabilem. in. Glo. ij. Uersicu. z nota hoc vltimum. qui filij sint legiti. Merito talem minime poterit dispensationē facere: Ipse enī omnibus aliis/meliorem ad legem dei zelum debet habere. c. officij. cum similibus. xxxiij. q. prima. Et quamuis per eius dispēsationem lex totaliter nō tollatur: Satis tamen quātum ad casum illum atq; personaz cui qua dispensatur/lex tollitur atq; cassatur. Non enim ita generalis iam lex illa esse dicitur: ex quo ex illius generalitate quidaz casus/quedamq; persona excipitur. Nam de natura legis est: omnes sub lege debere comprehendi: et ad omnes debere communem esse. l. prima cuz similibus. vbi p. Bal. Paulum de cas. et cōmuniter doctores. C. de legibus. Que beatus Augustinus attendens: et inferiorem contra sui superioris legem dispensare non posse considerans: notabiliter super illud Joannis. xix. Non haberes potestatem aduersum me vllam. &c. Talem (dixit) deus potestatem Pilato dedisse: vt sub Cesaris potestate esset: ne absoluendi accusatum liberaz facultatem habuisset. quem refert z sequitur beatus Thomas secunda secunde. q. lxvij. articulo. fi. et Joānes de turre cremata. in. c. omnis q̄ iudicat. Uersicu. ad secundum. xlv. distinct. Quod etsi videatur catholicum et a predictis sanctis doctoribus dictum: forte coram in doctis non esset hoc ita aperte predicandum. pro quibus faciūt: q̄ in proposito latissime scripsi. in. l. respiciendum in principio super verbo et Remissius. ff. de penis/que hic transplātare superfluum videretur. Si em cōtra ius diuinū summꝰ pontifex dispēsare minime potest: et relictaz fratris in vxorē ducere iure diuino vt dicitur phibetur: merito predicta summi pontificis Julij secundi dispēsatio (tanquam contra ius diuinum facta) inutilis atq; inualida esse videtur.

¶ Quinimmo z si casus noster iure diuino prohibitus minime fuerit: ex quo tamē per Agathense consiliū casum predictum (vt superius in prima prima principali dirimꝰ dubitatione) prohibitū fuisse reperimus: dicē dū videretur: Nō sicut non potest papa cōtra Euangeliū aliquid disponere: ita nec cōtra cōsilij statuta aliq̄d poterit statuere/tollere/vel mutare/nec quomodolibet dispēsare. Nā vt beatus in lib. de vera religione. dicebat Augustinꝰ. et habetur. in. c. in istis. iiij. distinc. In istis tēporalibꝰ legibꝰ quāq; de his boies iudicent cū eas instituūt: tamē cū fuerint istitute z firmate: nō licebit iudici de ipsis iudicare: sed secūdū ipsas. Et ideo dicebat tex. in. c. contra. xxv. q. prima. Cōtra statuta patruz condere aliquid vel mutare. nec huius quidem sedis potest auctoritas.

Quia vt inquit textus.in.c.ideo eadem.q. prima. Ideo permittente domino pastores dominuꝝ sumus effecti: vt quod patres nostri/siue in sanctis canonibus/siue in mundanis affixere legibꝰ/excedere minime debeamus. ¶ Et hoc est quod beatus (prout habetur.in capitu. sicut.xv. Distinctio.) docebat Gregorius. Sicut sancti Euangelij quatuor libros/Sic quatuor cōsilia suscipere et venerari me fateor:hec tota deuotione Amplector: Integerrima approbatiōe custodio:quia in his velut in quadrato lapide sancte fidei structura consurgit:ꝛ cuiuslibet vite cōmunis atq; actionis norma consistit.

16 ¶ Et huius ratio esse potest:quia cum consilia/ad vniuersalis ecclesie decorem atq; ordinationem/fideiq; nostre approbationem et defensionem/cōmunemq; omnium vtilitatem celebrata fuerint: nihil contra predictam consilij decisionem atq; determinationem per summuꝝ pontificē fieri potuit,nec immutari debuit.alias eīm vniuersalis ecclesie statutus decoloraretur:Si cōtra consilij decreta/mutandi/corrigendi/tollendi/emēdandi/ac dispensandi facultas/summo pontifici tribueretur.

17 ¶ Summus enim pontifex illud minime facere potest:per quod vniuersalis ecclesie status decoloratur. vt est textus notabilis. in.c.ꝛ si illa.prima.q.vij.per quem textum. hoc communiter firmarunt doctores. in.c. que in ecclesiarū.de constitutio. et in.c. quāto.de consuetudine. hostien. Antho. et omnes.vbi panor.in fi.col.in.c.magne devoto Bio.in.c. Requiritis.§. nisi rigor. in verbo. in pleriscq.prima.q.vij.speculator. in titulo de dispensa.§. nunc breuiter. versiculo duodecimo.quem refert et sequitur. Roma.in consilio.cccxlv.incipi.circa primum. in.iij. col.Egidius de bella mera.in consilio. xvj. incipi.factum est tale.col.penul.Versiculo. quarto probatur.et consilio.xxviij.incipi. in facto.col.penul. Versicu.tertium motiuuꝝ. quod etiam probat tex. in.c.que ad perpetuam.cum similibus.xxv.q.prima.

18 ¶ Et ideo notabiliter dicebat Innocen.in capitulo. Inquisitioni.quem ibi. Hostien. Joannes Andre. Petrus de besutio. Antho.debutio.panor. et cōmuniter omnes sequuntur. De senten.excōmu. Quod si aliquid a summo pontifice taliter precipereꝰ tur: quod vehementer vniuersalis ecclesie statutum inde perturbari: aut malum aliquod sequi/euenireq; presumeretur: nulla tenus tunc eidem obediendum esset. Cuius doctrinam communiter etiam sequuntur doctores. In.c.si quando.vbi latissime per modernos.de rescript.et in capitulo cū teneamur.de preben. Cardinalis. In consilio.cxlvij.incipi.dominus noster. circa finem. et in consilio.cl. Incipi. in questione duoum pontificum de papatu contendenti ū.col.iiij. Versic.vj.quero. Barba.in cōsilio. xvj.incipi.clementissimuꝝ.col.vj.vol. iij. Franciscus de curte.in consilio.lxvj.incipi. Sapiēter.col.xx. In principio.

¶ Bene facit quod notabiliter voluit.glo. in.capitulo si papa.in verbo a fide.quadragesima Distinctio. singulariter inquiens. quod quamuis ab aliquo summus pontifex accusari minime possit:Quia cum de aliquo illi obiecto crimine disceptatur: nulliꝰ cogitur stare iudicio.vt inquit.Glo.in capitulo.si quis pecunia. In verbo non apostolicus.lxxix. Distinctio. Et est textus apertus.in.c.nemo.et.c.aliorū.et capitulo facta. ꝛ capitulo cuncta per mundum.cum similibus.nona questio tertia.) Tamē vbi de crimine notorio accusaretur: in quo incorrigibilis esset:et ex quo ecclesia sancta scandalizaretur: illiusq; status decoloraretur: sine dubio accusatio predicta peederet:et de predicto crimine ex quo Vniuersalis ecclesie status decolaratur:summꝰ pontifex accusari posset. De qua. Glo.que ab omnibus cōmuniter extitit approbata: magnuꝝ (in Basilien̄si consilio contra Eugenium quartū) Fuit factum fundamentum. Quam tanquam singularem approbauit ꝛ secutus est panor. in capitulo significasti.col. secunda. Versiculo. Item adde. De electio.et in capitulo: cum venissent.columna tertia. Versiculo. In causa. De iudicijs. et in capitulo proposuit. colum. fi. De concessio.preben. et in sua prima disputatione.incipi. episcopus et quidam rector. In fine secundi dubij. Quod etiam voluit. Bald.in capitulo olim.collum.fi.circa finem. Versicu. Item dicit Hugo.de rescriptis. Et illam. Glosa. quamplurimis rationibus comprobat. Roma.in consilio Quingentessimo vigessimo tertio.incipi.questio/discutienda. Feli. In capitulo. Ad audientiā. de prescriptio. Claudius de Seycello. In tractatu feudorum. In titulo.qui feudum dare possunt. col.v. Versiculo. Sed difficultas. Philip. decius. in consilio. cli.col.iij. Versicu.est et quintus casus.vbi dictam. Glo.ab omnibꝰ 19

inquit esse communiter approbatam licet theologi contrarium tenuerunt: precipue Augusti de Anchona ⁊ Petrus de palude post alios. Quos Archiepisco. Florenti. refert: In tertia parte sue summe: titu. xxij. c. iiij. §. iij. et Cardina. Alex. In. d. c. si papa. Quia cum non de Articulis fidei/Sed de moribus et integritate vite agatur: magis professoribus canonum quam theologis est credendum: prout est in matrimonio/ In voto/In decimis/In vsuris et similibus que moralem philosophiam respiciunt: vt egregie tradit Petrus de Anchar ra. in quadam sua disputatione: quez refert et sequitur Joannes de Anania. in. c. in ciuitate. col. ix. Versicu. his ita pro vtraq; parte allegatis. de vsuris. Alexan. in consilio. cxliij. Secundum meam impressionem. incipi. circa primum dubium. col. iiij. Versiculo. et si aliqui. Vol. ij. quod est primum illius volu. Philip. decius. in. c. Ne initaris In prima lectura in fine de constitutio.

¶ Cū igitur gradus predictus iure diuino et humano in Agathensi consilio prohibitus existat: et cum summus pontifex cōtra ius diuinum/et consilij determinationem dispensandi facultatem non habeat: merito dicendum videtur: predictam summi pontificis Julij secundi dispensationem serenissimis Anglie regib⁹ super matrimonio predicto concessam: nullam nullius; valoris ⁊ efficatie ex potestatis defectu extitisse: minimeq; matrimonium predictuz celebrari seu cōtractari inter predictos cōiuges potuisse.

¶ Secundum pro parte negatiua fundamentū.

Preterea ⁊ secundo in serenissimi Henrici Anglie regis fauorem accedat: Nam ad relictas fratrum accedere/et easdem in vxores ducere: nō soluz iure diuino posito prohibituz fuisse (vt proxime diximus) reperitur: Sed etiam naturali iure eadem prohibitio facta videtur. Nam quāuis magis indecens/magisq; contra ius naturale/patris et filie/matris et filij/quam aliorum consanguineorū atq; affinium coniugium reputetur: propter immediatā vni⁹ ab altero originem: Nihilominus tamen/ In fratrum et similium personarum coniunctione/quidam nature horror/ atq; de formitas/propter carnis vnitatem versatur: Et quedam decētia atq; honestas/ quedamq; amoris moderatio/fraternalis honor et amicitia (que omnia ex naturali ratione oriuntur) inter ipsos consideratur. Qua propter quia serenissimorum predictorum regum coniugium/ contra decentiam atq; honestatem/⁊ contra animi fortitudinem/ debitamq; amoris venerei moderationem et contra fraternalem honorem/et amicitiā celebratum fuisse videtur: Merito contra ius naturale indubitanter esse reputatur.

¶ Et hoc est Quod dominus in dicto decimo octauo Leuitici capitulo dicebat. Nec polluamini (inquiens) in omnibus his quibus contaminate sunt vniuerse gētes: quas ego eiciam ante conspectū vestrum: et quibus polluta est terra: Cuius ego scelera visitabo: vt euomat habitatores suos. Custodite legitima mea atq; iudicia: vt non faciatis ex omnibus abominationib⁹ istis: tam indigena quam colonus/qui peregrinatur apud vos. Omnes enim execrationes istas fecerunt acolle terre qui fuerunt ante vos: ⁊ polluerūt eam. Cauete ergo ne et vos similiter euomat cuz paria feceritis: Sicut euomit gentem que fuit ante vos. Omnis anima q̄ fecerit de abominationibus istis quippiam: peribit de medio populi sui. Custodite mandata mea: nolite facere que fecerūt hi qui fuerunt ante vos: et ne polluamini in eis; ego dominus deus vester.

¶ Et. c. xx. Qui duxerit (inquiens) vxorem fratris sui/rem facit illicitam: turpitudinem fratris sui reuelauit: absq; liberis erit. Custodite leges meas atq; iudicia: et facite ea: ne ⁊ vos euomat terra quam intraturi estis et habitaturi. Nolite ambulare i legitimis nationum quas ego expulsurus sum: ante vos omnia enim hec fecerunt: et abominatus sum eas. ¶ Si enim talia consanguineorum atq; affinium cōiugia/Ante legem scripeam/bijs qui in lege nature viuebant/ execrabilia atq; abominabilia fuisse videmus: ergo naturali iure eadē fuisse prohibita/ dubitare non debemus. Nam post⁹ domin⁹ patris et matris et aliorum consanguineorum atq; affinium turpitudinem reuelari prohibuit: Omnia predicta abominabilia

et execrabilia iam antea fuiſſe monſtrauit.
¶Et ſi quiſpiam ad Nephandum Sodomie vitium/crimenq; cõtra naturam id referẽdum eſſe putauerit: nullatenus illius relatio/declaratio/ac interpretatio procedere poterit: cum expreſſe dominus iam caſuꝝ illum abominabilem eſſe predixerit. ¶Cum Maſculo (inquiens) non cõmiſceris coitu femineo: quia abominatio eſt. Verba ergo illa ſic a domino poſt caſum predictoꝝ expreſſionem generaliter prolata: per que dominus caſus illos abominationẽ et execrationem continere affirmauit: non ad predictum contra naturam et Sodomie vitiuꝝ/ſed ad omnes ibi expreſſos caſus ſunt referenda. ¶Tum quia lex ſeu diſpoſitio generaliter et indiſtincte loquens/generaliter ꝛ indiſtincte eſt intelligenda. Etiam ſi maior ratio in vno caſu quam in alio videatur. vt eſt tex. notabilis. in. l. prima. §. quod autem. ff. de Aleato. et in. l. in fraudem in fine. ff. de teſtamto militis. et in. l. Julianus. in principio. ff. de lega. iij. et in. l. prima. §. et generaliter. ff. de lega. preſtan. et in. c. ſi Romanorũ. xix. diſtinct. et in. c. ſolite cum ſimilibus. de maiorita. et obedien. ¶Tum Quia clauſula illa generalis in fine illius textus poſita/ad caſus ibi expecificatos eſt referenda: vt tradunt communiter doctores. in. l. ſi de certa. per tex. ibi. C. de trãſactio. Paulus de cal. et docto. in. l. legatorum. §. qui plures. ff. de legatis. ij. ¶Tum etiam quia cum illi caſus ſub vna poſtea oratione abominabiles eſſe dicantur: pari formem relationem/intelligentiam/atq; declarationem/(nulla facta caſuum diſtinctione) recipere debent. argumento. tex. in. l. ex hoc iure. ff. de vulga. ꝛ pupi. et in. l. in teſtamento. la prima. C. de teſtamento militis. et in. l. hereditatem. et. l. quãuis: cum ſimilibus. C. de impuberũ et aliis ſubſtitu. Bene facit quod in notabili caſu tradit Bar. quem ibi cõmuniter doctores ſequuntur. in. l. ſi legatarius. §. fi. ff. de lega. tertio. Cuius doctrinam communiter etiã ſequuntur doctores. in dictis. l. ex hoc iure. ꝛ. l. in teſtamento. ac. l. quamuis proxime allegatis. et in. l. qui hoc anno vbi Roma. et Floria. ff. de verborum obliga. quam etiam exaltat et ſequitur Jaſſon: ſe alibi non legiſſe dicẽs. in. l. prima. in. iiij. col. ff. de iuſticia. et iure. ꝛ dominus preceptor meus Franciſchinus curtius. in conſilio. v. incipit. facti cõtingentia. col. iij. circa principium.
¶Ex quibus patet: omnes conſanguinitatis et affinitatis gradus in dicta leuitica diſpoſitione contentos/naturali iure fuiſſe prohibitos.
¶Quod aperte ad Corinthios primo. c. quinto beatꝰ voluit Apoſtolus. Omnino inquiens auditur inter vos fornicatio: et talis fornicatio qualis nec inter gentes: ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Quamplurimorum enim tam conſanguineorum quã affinium conjunctiones/et coniunctio filii cum nouerca in predicta leuitica diſpoſitione prohibentur. Et ideo ſicut nouerce coniunctio contra ius naturale eſſe putatur: cum Apoſtolus tale inter gentes coniugiũ minime factum fuiſſe dicat: Parimodo ad alias perſonas ibidem expreſſas ꝛ precipue ad premortui fratris vxorem acceſſus/contra ius naturale reputari debet. Et hoc a paritate rationis arguendo/quod argumentum validum in iure certum et indubitatũ eſſe reperimus. vt eſt text. vulgatus. in. l. Titio. vbi Glo. et docto. plures allegant concordantes. ff. de verborum obliga.
¶Et quod tales conſanguinitatis atq; affinitatis gradus naturali iure phibiti videantur: probat tex. apertus. in. l. cum qui probabilem ibi. In his enim nihil ſeui criminis exiſtimari fedus naturale pmittit. C. de epiſco. et clericis. et in. c. cũ in iuuentute. de preſumptio. et in. c. penulti. cum ſimilibus. de cohabita. cleri. et mulierum.
¶Quod quidem ſatis ꝓbare videtur tex. in auc. de inceſtis nuptijs. In principio ibi. ſiquis illicitas et cõtrarias nature (quas lex inceſtas et nephandas ac damnandas vocat) contraxerit nuptias. Et ibi Quatenus diſcat caſte viuere: et intra naturam ſe continere. collatione ſecunda.
¶Quam oppinionem tenuit. Bal. in. l. fi. C. ſi nuptie ex reſcripto/petantur. ꝛ Petrꝰ de Ancharra. in. c. gaudemus. col. ij. in ſecũda oppoſitione. Verſiculo. Sed numquid. ibi. cum ſit contra ius gentium et naturale. de diuortiſs.
¶Quod etiam expreſſe beatus. in lib. viij. Epiſtolarum ſuarum Epiſtola. lxvj. firmauit Ambroſius. Ad paternuꝝ filio neptem ex filia copulare volentem ſcribẽs. Et ſic inter alia inquiens. Nunquid ideo licet (neptem ſcilicet tuam filio tuo copulare) quia non eſt prohibitum? Minime. Interdictum eſt enim nature iure: Interdictum eſt lege/que eſt in cordibus ſingulorum: Interdictum eſt inuiolabili preſcriptione pie-

Digitized by Google

tatis: titulo necessitudinis. ¶Quanta huiusce modi iuuenies non esse interdicta lege per Moysen edita: et tamen interdicta sunt quadam voce nature. hec ille.

¶Quodq; Petrus etiam de palude Insignis theologie ac vtriusq; censure doctor In quarto sententiarum. distinct. quadragesima. circa finem expressius affirmauit: fere (inquiens) omnes gradus lege diuina prohibiti/ videntur prohibiti ratione naturali: quia ad omnes illas personas cohabitāres est amicitia naturalis sine alio fedre. Unde quia natura nihil facit frustra: Ubi sunt mulieres alie ex quibus potest esse generatio sicut ex istis: frustra matrimonium fit cum istis. Quod non est necesse/ nec propter generationem/ nec propter amicitiaz. Unde probabilius est/ quod papa non possit In illis dispēsare. hec ille: Cuius doctrinam secutus est ibi Joannes de Maiorus in tertia questione principali.

G ¶Cuius indispensabilitatis ratio esse potest: quia supra ius naturale nullā summus pontifex potestatem videtur habere. Jus enim naturale/ perpetuum et immutabile est. l. has obligationes. ff. de capitis diminutione. l. ius autem agnationis. ff. de pactis. prima Distinc. in principio. c. fi. vj. distin. §. fi. cū similibus instit. de iure naturali. gen. 7 ciuili. Et per consequens in dispensabile.

7 Nam in quolibet genere/ vna (vt patet. x. metaphisi) est mensura: quam certissimam ac infalibilem esse oportet. Sed prima omnium humanorum actuum mensura est ipsa lex naturalis/ seu ius ipsum naturale: ergo nullo casu ab ea licet discedere: seu quomodolibet dispensare. Ut est communis 7 inclubitata omnium theologorum conclusio. et nostri communiter tradunt doctores In. d. c. que in ecclesiarum. de cōstitutio. 7 in. l. prima. ff. de constitutio. principum. et in. l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. et in summa post glo. ibi in verbo. hec que. v. distinct. et in quamplurimis alijs locis in precedenti proxima principali dubitatione in iuris diuini materia adductis et allegatis.

8 ¶Et ideo dici solet: Quod si summus pontifex clausulam (defectus omnes ex certa scientia supplentes) in dispensatione apposuerit: non propterea iuris naturalis defectus seu a iure naturali inductos tollere videretur: vt est tex. notabilis. in Clementi pastoralis. Uersicu. ceterum defect⁹. de re iudica. et notant doctores. in. c. illa. de electio. Specula. in titu. de lega. §. nunc ostendendum. Antho. de butrio. in. c. prmo. De transactio. Joannes de imola. in. l. quidam consulebat. col. viij. de re iudica. Alex. in cōsilio. lxxix. incipi. Circa primum. col. v. vol. primo. Cum igitur matrimoniuz cum vxore fratris absq; liberis premortui contra decentiam et honestatem et contra fraternalem amorem ac amicitiam sicq; contra ius ipsum naturale esse videatur: merito in dispensabile reputari debet et reputatur.

¶Tertiū pro parte negatiua fundamentum.

TErtio in dicti serenissimi regis fauorem accedat: Nam cum matrimonium predictum sit omni iure tam pontificio quam imperiali prohibitum: capitulo si quis de ipō sauerit. xxvij. q. ij. c. de incestis et. c. et hoc. xxxv. q. iij. c. ad audientiam. et capitulo sponsam De sponsa. c. fi de diuortijs. l. fratris et. l. licet cum similibus. C. de incestis nup. Et cum dicta prohibitio in communi bono fundetur: et propter commune bonum fieri videatur. c. erit autem lex. cum similibus. quarto. distinct. non debet/ per summum pontificem/ propter aliquorum considerationem priuatamq; vtilitatem/ commune bonū omitti. c. miramur. lxj. distinc. c. bone. vij. q. prima. c. scias. c. bone el primo. de postula prela. l. actione. §. labeo autem. ff. pro socio. auctē. resq. C. communia de lega. l. vnica. §. penul. C. de caducis tollen. et auc. de non alienandis aut permu. §. quia vero verissimile: cum similibus collatio. ij. ¶Summus enim pontifex suā potestatem communi 7 publice vtilitati cōformare debet. vt tradunt. Uincen. et Cardinalis in prohemio decretalium. col. prima in fine. ¶Et ideo leo papa Anatholio episcopo (prout habetur. In capitulo que ad perpetuam. xxv. q. prima) dicebat. Que ad perpetuam generaliter ordinata sunt vtilitatem/ Nulla commutatione varientur: nec ad priuatum trahantur commodum: que ad bonum sunt commune prefixa.

1

2

3

Digitized by Google

¶ Quartum pro parte negatiua fundamētū.

1 Quarto accedat. Summꝰ pōtifex nō debet psonarū esse acceptor: alias contra iuris diuini regulas faceret/disponeret/atq; procederet. vt scribitur. Leuitici. xix. et. xviij. et Deuteronomio. c. primo. et habetur. in. c. sacrorum. xviij. distinc. et in. c. summo opere. xj. q. iij. et in. c. nouit: cum similibus de iudicijs. Sed quia cū serenissimis predictis regibꝰ dispensando personaꝝ exceptionē facere videtur: cum non ita cum alijs sicut cum ipsis a summis pontificibus dispensetur igitur. ꝛc.

2 ¶ Scribitur enim sapiētie. c. vj. Non subtrahet personam cuiuscunq; deus: qui est omniuz dominator: Nec verebitur magnitudinem cuiusq;: Quoniam pusillū et magnū ipse fecit: et equaliter est illi cura de omnibus ¶ Et propterea beatus Jacobus in sua canonica epistola. c. ij. in principio dicebat: Fratres mei/nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Jesu christi glorie. Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habēs in veste candida: introierit autem ꝛ pauper in sordido habitu: et intendatis in eum qui indutus est veste preclara: et dixeritis ei: tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: tu sta illic: aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos: et facti estis iudices cogitationum iniquarum. Audite fratres dilectissimi. Nonne deus elegit pauperem in hoc mundo: diuites in fide et heredes regni: quod repromisit deus diligētibus se: Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos: et ipsi trahunt vos ad iudicia: Nonne ipsi blasphemant bonum nomen/quod inuocatum est super vos: Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas (diliges proximum tuuz sicut teipsum) benefacitis. Si autem personam accipitis: peccatum operamini: redarguti a lege qua si transgressores.

¶ Quintum pro parte negatiua fundamētū.

Quinto in serenissimi regis fauorem accedat. Cum in tali cum vxore fratris absq; liberis premortui matrimonio/quidā horror/quedamq; indecentia (vt in secundo presentis dubitationis pro parte negatiua diximus fundamento) consideretur: Et vxoris fratris turpitudinem reuelare/quid turpe quidq; illicituz reputetur: In quo nō minus peccatum q; in adulterio cōmittitur. Merito cum predicta summi pontificis dispensatio/materiam et occasionē incestum cōmittendi prester: et peccati nutritiua existat: nullius valoris esse debet. Experimento enim didicimus ꝛ quotidie aperte cognoscimus Quā plurimos in summi pontificis dispensatione confidentes/et dispensationum obtinendarum facilitatem considerantes/in gradibus Jure diuino prohibitis contraxisse: ꝛ consanguineas atq; affines (absq; dispensatione aliqua: sub spe tamen future dispensationis) in vxores duxisse: et sic ductas in domibus publice retinuisse: et cū eisdem post posito dei timore (tanq; si licita talia conjugia essent) publice cohabitasse et filios procreasse: Necnon multos non obtēta dispēsatione in predicto tam horrendo peccato obstinatos et in sua peruersitate induratos decessisse: et inde (teste Bernardo quē Archiepisco. Floren. In tertia sue summe parte. titu. xij. c. primo. § ij. in fine refert) discordias/litigia/ac inter filios propinquos et successores scandala et dissentiones insurgi se. Nam per vnius casus atq; persone corruptionem que per dispensationem fieri cōtingit: ad omnium casuum atq; personaruz corruptionem deueniri solet. Vt igitur delinquendi occasio atq; peccandi materia nō detur dicendum videtur: summū pontificē in casu nostro dispensare minime potuisse. 3 ¶ Sūmus enim pontifex nec statuere/nec facere quicq; potest: quod peccati nutritiuū existat: vt hostien et communiter doctores concludunt. in. c. a nobis de decimis. Innocen et Joannes de anania. in. c. dei ecclesia. de simonia. pro quibus facit que doctores scribunt. in. c. sup eo. vbi per eundem Joānem de anania col. fi. ī principio. de vsuris. 4 ¶ Admodū enim rei publice interest: nullatenus ad delinquendum atq; peccandum hominibus viam aperiri. § illud vero satis in prohemio. ff. l. cum hi. § si cum lis. ff. De

trāsactio.l.ſi legationis. ff. de iudicijs.l.prima.in principio. Uerſicu.et niſi hoc eſſet ſtatutum.ff.naute campo.ſtabu.l.iij.§.diem.ff. quemadmodum teſtamen.aperiantur.l.iij. in fine.C.de indicta vidui.tollen.l.prima.§. ille autem. Uerſic. Sed ne furandi. C.de latina.liber.tollen.l.meminerint.C.vnde.vj. §.quia tamen. Uerſicu. Sed ne dum talia. cum ſimilibus inſtitu.vi bonoꝝ raptorum.

5 ¶ Et ideo pactum quo quis ad peccanduꝫ et delinquendum inuitaretur: nullius eſſet momenti: vt eſt textus notabilis.in.l.conuenire.ff.de pactis.dota:et in.c.primo.§. Item ſacramēta.de pace iura firman:in vſib⁹ feu.

6 ¶ Bene facit textus.in.c.ex parte.de cōſuetu.per quem textum ibi Abbas. In.iij.notabili inquit. Non valere conſuetudinem vel ſtatutuꝫ/aliquid propter quod quis ad delinquendum atq; peccanduꝫ inuitaretur diſponens.ſimilis eſt.tex.in.l.ait pretor. In principio cum ſimilibus.ff.de iure iuran.

7 ¶ Hinc notabiliter conſuluit federicus de ſenis: in conſilio.cclxxv. Incipi.caſus talis eſt. Non valere ſummi pontificis diſpoſitionem/nec ſtatutum permittens: quod filijs ſpuriſs aliquid puta quarta/quinta/ſeu alia hereditatis pars relinqui poſſit:cum tale ſtatutum homines ad peccandum/et filios ſpurios procreādum inuitaret. Idem voluit. Bar. Bal.ange et imola. vbi Hāc Franciſcus de arectio communem dicit eſſe opinionem. In.l.teſtamenti factio.ff.de teſtamē. Bal.in.l.prima. C.de ſumma trinitate et fide catho.ꝛ in.l.omnes populi.ff.de iuſticia et iure.et in.l.prima vbi eandem dicit communem opinionē.C.de iure aureorum anullorum. Petrus de Ancharra.in repeti.c.canononum ſtatuta. De conſtitutio.et in.c.iij.vbi imola et docto.de teſtamē. et in.ca.poſſeſſor.de regulis iuris. libro.vj. Barba. in conſilio.ix.incipi. Illud in medium referam.col.iiij. poſt mediū. vol.iiij. Bartho.Socci qui hanc etiam communē dixit opinionem.in cōſilio.xlvij.incipi. In preſenti conſultatione.col.penul. et in conſilio.xcv.incipi.nulli dubium. col.ij.vol.iiij. Jaſſo.in.l. Ait pretor. col.ij.circa finem.ff. de iure iuran. Crotus de monte ferrato in repeti.l.omnes populi.col.xiiij. Uerſiculo. quarta concluſio.ff. De iuſti et iure. Philip.decius in.c.ij.col.ij. Uerſicu.ſecūdo nota. In ſecunda lectura. De conſtitutio.

8 ¶ Quinimmo nec conſuetudine hoc fieri poſſet: vt tradit hoſtien. In ſumma qui ſint legiti.§.qualiter. Uerſicu.quid ſi imperator. Anthonius et alij.in.c.per venerabilem.eodem titulo. Bal.in conſilio. ccxxvj. in.iij.col.pau. de caſtro.in conſilio. ccxxvij. Petrus raue.in ſuis concluſionibus cōſuetudinis.in.vj.colū. Rochus de curte in ſuo tractatu de conſuetudine.c.ſi.in.vij.col. Licet aliter et malevoluerit ſentire. Bal.in cōſilio.cclxvij.incipi ad obedientiam circa finem.vol.primo. ¶ Quod in tantum procedit: Quod etiaꝫ ſi aliquo alio ſtatuto ita caueretur atq; diſponeretur: quod quicumq; exceptionem (dicendo ſpurium nō poſſe inſtitui) oppoſuerit:certa pena puniatur. tale adhuc etiam ſtatutum non valeret:et eo nō obſtante/dicta ſpurietatis exceptio opponi poſſet.vt notabiliter voluit. Bar.quem ibi ſequūtur doctores.in.l.Seyus ꝛ Augeri⁹. ff.ad legem falci. Bal.in.l.prima.in.iiij. oppoſitione poſt. Glo.ibi in verbo aliquid q̄ dicit eſſe menti tenendam. C.de hijs que pene nomine. Quos refert et ſequitur/ benedictus. in repeti.c. Raynuntius.in verbo. Raynuntius de clera.foleo.vij.col.iiij. Uerſicu.preterea.de teſtamen.de quo aliqua dixi in Rubrica.inſtitu de iuſticia et iure.col. iiij.in.fine.et in tractatu meo ſuper noua paganorum regni valentie conuerſione.in ſexto principali fidei fundamēto. Que ſunt notanda et memorie tenenda: pro interpretatione atq; declaratione quarundam legum regnorum Caſtelle.l.ſcilicet. viij.et.l.ix.incipi.los fijos baſtardos in legibus de toro.

¶ Alibi dici ſolet Non valere ſummi pontificis diſpoſitionem immo nec conſuetudinem diſponentem quod tempus et locus contractus in inſtrumēto non apponatur: et hoc ne peccandi atq; delinquendi materia detur: cuꝫ per talem diſpoſitionem atq; conſuetudinem facultas docendi de falſitate tollatur: vt notabiliter concludunt domini de Rota.in deciſione.cccxl.incipi. Nota vtrum valeat conſuetudo in Antiquis. quos refert et ſequitur. Barba.in conſilio. iij.incipi. Illud referam.col.prima in fine. vol.iij.ꝛ Rochus ð curte.in dicto tracta de cōſuetu.c.ſi.col.vij.circa finem. Quamuis contrarium in hoc tenuerit. Bal.in cōſilio. lv.incipi.anno domini.col.prima in medio vol.ij. Oldra in cōſilio.cv.incipi videtur dicendum.et Alex.in.l.de pupillo.§.qui nuntiat.col.prima.ff.de operis noui nuntia.vbi inquit: Jacobum et Lynū ita tenuiſſe. Sed opinamam.in.iiij.q.C.de contraben.et com-

mitten. stipula. Sed precedens opinio per supra dicta/ & ea que inferius dicem⁹ verior videtur: Quam etiam tenuit Philip. dec⁹: licet aliqualiter dubiter: in. c. ij. col. viij. in princi. de probatio: et clarius in. c. dilecti el primo. col. iij. de appellatio. Et licet ipse non dicat: Idem voluerūt domini sacri palacij auditores in suis conclusionibus. conclusione. viij. sub titulo. de consuetudine.

¶ Sic etiam dicitur: non valere summi pōtificis constitutionem vel statutum disponens quod pro se et contra se libris mercatorum credatur. Quia si tale quid disponeretur: materia falsum fabricandi atq; peccādi daretur: secundū. Bal. in. l. vnica. col. iij. in fine. C. de confessis. quem⁹ refert et sequitur abbas. in. c. bone el secūdo. col. fi. de postulatio. prela. Alexan. in consilio. cxlv. incipi. in causa et lite vertente inter Abraā. col. penul. vol. ij. & in. l. quedam. §. numularios. ff. de edendo. Barba. in Rubrica. coll. penul. de consuetudine. Bartho. veronensis. in consilio. xxxix. incipi. Lutius. in sexto dubio. col. ix. Versiculo. Item proboc. Jasso. in. l. de quibus. col. xvij. ff. de legib⁹. Philip. decius. in. d. c. dilecti el primo. col. iij. de appellatio. Rochus de curte. in. d. c. fi. coll. viij. et col. xxix. de consuetu. Crotus de mō te ferrato in repeti. dicte. l. omnes populi. col. xx. in. xxj. conclusione. ff. de iusticia et iure. Et licet in hoc contrariū voluerit. Bar. & Bal. in. d. l. quedam. §. numularios. Idē Bal. in. l. omnes populi. coll. ix. C. de summa trinita. et fide catho. et in. l. comparationes. col. ij. C. de fide instrumen. Albericus post Odofre. in. l. ij. in fine. C. de constituta pecu. Paulus decas. in. l. admouendi. col. penul. ff. de iure iuran. Petrus de Anchara. in. c. canonum. Versicu. procedo vltcri⁹. de constitutio. Anthonius et imola. in. c. ij. in. iij. col. de fide instrumen. federicus de senis. in consilio. cxix. incipi. nulli dubium circa finem. Raphael cumma. In consilio. cxxxvj. incipi. visis instrumentis in fine.

Eorum tamen opinio procedit: quando nō indistincte sed cum quadam moderatione statutum loqueretur: vt puta quod mercatorum scripturis (concurrente cōscientia iudicis) credatur. vt declarat Idem Bal. in. d. l. vnica. col. iij. C. de confessis panor. in. d. c. bone col. fi de postula prela. Alexander & moder. in. d. l. quedam. §. numularios. ff. de edendo. Barba. in consilio. xlvj. incipi. Illud adducā. col. vij. vol. iiij. Jasso. in repeti. d. l. admonendi et ibi Franciscus de curte. in. xciij. coll. de iure iuran. Claudius de Seyssel. in. l. prima. §. fi. ff. de verborum obliga. Philip. decius. et doctores. in capitulo secundo. col. vij. in fine. de probatio.

¶ Nec etiam valeret pactum quod vnius priuate scripture staretur: vt voluit Innocen. in. c. cum. P. tabelio. de fide instrumē. Bal. in. l. imperator. ff. de statu hominum. Ludo. Roma. in. l. nuda ratio. col. penult. ff. de donatio. Alex. et communiter omnes in. d. l. prima. §. fi. ff. de verborum. obliga. fe li. in. c. veniens el primo. col. penul. de testibus. Crotus de mōteferrato. in repeti. l. nemo potest. col. xxij. ff. de lega primo.

¶ Quinimmo nec summus pontifex facere posset: quod scripture non auctentice in alterius preiudiciuz indistincte crederetur. vt notat abbas in. c. primo. in. ij. notabili p illum text. de fide instrumen. quem refert et sequitur Jasson. in. l. gallus. In principio. col. iiij. ff. de liberis et posthu.

¶ Alibi ēt dicitur: non valere consuetudinem inducentem quod contra testium probationē/ alia probatio fieri non possit: quia per talem consuetudinem via ad veritatem detegendam impediretur: et peccandi occasio prestaretur. vt est text. apert⁹. in. c. series et ibi communiter doctores: de testibus.

¶ Et per eandem rationem dicitur: non valere consuetudinem disponentem non esse necesse testes esse in conspectu testatoris: ne malignandi etiam atq; peccandi occasio detur. Secūdum ange et Imolam. in. l. iij. ff. de testamen. quos refert et sequitur Philip. decius. in consilio. xxxvij. incipi. in causa riguroſe accusationis. col. ij. circa finem. vol. primo. ¶ Nec valeret etiā summi pontificis dispositio vel statutum disponens/ quod dicto vni⁹ testis plena fides adhibeatur. vt est text. multuz singularis. In. c. in dicas hermanum. iij. q. ix. quem multum exaltat Ludo. Roma. in singulari. xvij. incipi. an papa. et feli. in. c. constitutus. coll. ix. de rescriptis: Nō qualiter et quomodo intelligatur laudabiliter dicti. in. l. prima. §. idem cornelio. ff. de questio. ¶ Quinimmo nec valeret statutum disponēs quod pluribus testibus malam rationē reddentibus credatur: vt concludunt hostien. panor et communiter omnes. in. c. primo. de appellatio. Bal. in. l. si non speciali: circa finem. C. de testamē. Philip. decius in. l. que dubitationis: circa finem. ff. de regulis iuris.

Digitized by Google

19 ¶ Alibi etiam dicitur non valere summi pō tificis dispositionem cōsuetudinem seu sta tutum duellum fieri permittens: tanquam quid iniustum ⁊ Illicitum/occasionem de linquendi atq; peccandi prestans. Immo principes talia tollerantes/peccare videren tur. vt probat ter. in. c. primo. §. fi. vbi cōmu niter notant doctores. de purgatio. vulga. ⁊ voluit. Bussien in repertorio suo ī verbo/ duellum. vbi inquit: se bis consuluisse: Se mel regi nostro Hispanie/ ⁊ semel regi An glie: quod non poterant suis legibus et ordi nationibus quod duellum licitum foret/ cō cedere statuere atq; ordinare: Idem voluit Joan. de Anania. in. c. dilectis circa finem. de appellatio. et ī Rubrica. de clerico. pug. in duello circa finem. Barba. late. In con silio. lxij. incipi. Illud in medium referam col. xij. cū quatuor sequentibus. vol. primo. Imola. in. l. cum filius. §. fi. ff. de lega. ij.

20 Vbi infert: Quod ille qui duellum accepta uit: licite illud poterit recusare: referens etiā ita. Angelum consuluisse. Quod quidem idem imola tenuit. in. l. is qui reus. col. viij. Versiculo. nūquid tamen. ff. de publicis iu diciis. inquiens etiam ita Angelum consul uisse: et centum aureos a quodam homine (qui si potuisset: pugnam euitare volebat) habuisse. Idem etiā post alios voluit Jas son. in. le. ex hoc iure gentium. col. iiij. et ibi. Claudius. in. vj. col. de iusticia ⁊ iure. Vbi lip. decius. in capitulo ecclesia sancte marie. col. xij. Versiculo. et ex ista questione. de con stitutio. licet contrarium voluerūt. Bal. in. l. si penes. C. depositi. et in. c. primo. in prin cipio. col. iiij. in fine vbi latissime duelli ma teriam tractat ⁊ ponit. de pace tenen. et eius violato. in vsibus feudorum. ¶ Hinc etiaz singulariter consuluit Calderi. in consilio. xvj. incipi. An laicus. ī titulo de iure patro. Quod cum per variandi potestatem/ que dam peccandi occasio quedamq; machinā di ac dolum ⁊ fraudem committendi materia patrono concedatur. c. cuz multis vbi gemi nia. notat. de rescrip. libro. vj. nō poterit pa tronus laicus nisi tantum semel/ et non to tiens quotiēs voluerit variare. Quod qua liter procedat: tradit late Rochus decurte. in suo tracta iuris patronatus. in verbo bo nouificum. charta. viij. Versicu. decimo que ro. et ego late scripsi. in. l. prima. ff. ad legem Juliam maiesta.

22 ¶ Alibi notabiliter dici solet: Quod ne fal sificandi/ fraudandi peccandi atq; delinquē di locus tribuatur/ non potest per summuz pontificē fieri: quod testibus absq; iuramē to credatur. vt notabiliter voluit. Augusti nus de Ancho. in suo tracta de potestate eccle sie. q. lv. Articulo vltimo. quē refert et sequi tur. Feli. hoc inquiens mirabile stupenduz esse canonistis/ et vulgo incognitum. in. c. constitutus. in. ix. col. Versiculo. et probac limitatione. de rescriptis.

23 ¶ Hinc etiam dicitur. non valere summi pontificis dispositionem nec statutū dispo nens: Quod si creditor infra certum tēpus debitum non petierit: indistincte cadat a iu re suo: vel vlterius non audiatur: Quia per statutum fieri non potest: quod data scientia et mala fide debitoris/ debitum prescribatur. Cum tunc peccandi atq; delinquendi materia detur ⁊ cōcedatur. Ut voluit. Joā. Andre. in. c. ij. de exceptio. libro. vj. Bart. Joannes baptista de sancto Severino/ et communiter omnes. in. l. omnes populi. ff. de iusticia ⁊ iure Doctores communiter. in capitulo. fi. vbi latissime per feli. De prescri ptio. de quo per Joannem Fraciscum bal bum/ qui multa cōsilia et authoritates reu lit que hic transplantare superfluum vide retur: in suo tractatu prescriptionum. in se cunda parte tertie partis principalis. in de cima quarta principali questione.

24 ¶ Nec valeret etiam summi pontificis dis positio vel statutum disponens: homicidiū non posse puniri nisi per decem testes pro betur: tanq; materiam et occasionem delin quendi prestās. secundum Bal. in. c. Irre fragabili. §. ceteruz de officio. ordinarij. quē refert et sequitur. Jasso. in. l. ait pretor in prin cipio. col. ij. circa finem. ff. de iure iuran.

25 ¶ Nec etiam valeret statutum permitens: quod post probatum delictum per testes Idoneos: liberetur delinquens si vellet ne garivam (scilicet se non delinquisse) per iu ramētum vel leuem famam probare. vt est ter singularis. in. c. ad nostram. et ibi latissi me doctores. de pbatio. et tradit Roma. in singulari. clxxiij. incipi valet ne consuetudo.

¶ Et ex istis dici solet: Non valere summi pontificis vel alterius principis rescriptū/ remissionem pene inflingende ante delictū committsum concedens: quia per tale rescri ptum/ peccandi atq; delinquendi occasio pstaretur: vt singulariter voluit Salice post Barti. Silla et Jacobum buttri. in. l. La stitati. In prima. col. C. de adulte. quem re fert et sequitur Jasso. in. l. si vn⁹. §. illud nul

la.ff.de pactis.et in.l.reſcripta.col.iij. C.de precibus. Impera offerē. Philip.decius. In.d.c.ad noſtram.col.ij. Verſicu. Secundo noto de probatio. ¶ Et ideo notabiliter dicebat. Bal.in repeti.l.penult.col.ij. circa finem.C.de emancipa.libe.nullatenus delinquendi licentiam preſcribi poſſe: licet delictorum preteritorum accuſatio regulariter preſcribatur.vt traditur plene i.l. querella. C.de falſis. ¶ Alibi etiam dici ſolet: Non valere ſummi pōtificis diſpoſitionem/ ſeu aliud quodcunq; ſtatutum permittens: qō vnicuiq; interfectorem patris interficere liceat: quia ſic peccandi atq; delinquēdi occaſio preſtatur. Secundum Joānem Andre panor. et omnes. in.c.fi.de conſuetu. Nam quamuis ratio ſit/quod homo ſuum inimicum proſequatur: non tamen prodeſt ad ſalutem.vt inquit. Glo. notabilis. in.c.conſuetudo. In verbo. quod ſaluti.prima.diſtin. Quamuis in hoc cōtrarium tenuerit Bal. in dicto.c.ad noſtram.de probatio.

¶ Bene facit: quod voluit Idem Joannes Andre.in additio/ad ſpeculum. in titulo. De conſtitu. vbi inquit: non valere ſtatutum conſanguineis permittens/ morte ſuorum cōſanguineorum vindicare Idem voluit. Antho. Imola. et alij. in.c.que in eccleſiarum. vbi Feli. in. iij. col. in fine. de conſtitutio. vbi referunt ſanctum Thomaz idem tenuiſſe ſecunda.ij.q.lxiij.articulo.iij.

¶ Et ideo notabiliter dixit. Bal.in auctē. ſacramenta puberum. col. prima. Verſicu. et ideo. C.ſi aduerſus vendi. Quod ſi due ciuitates interſe bellum habuerint: et cum pacem faciūt/pactum interſe apposuerint: quod liceat alteri federa pacis rumpere ⁊ ſe vindicare: tale pactum nullius erit valoris. Idē voluit. Bar.in.l.prima.§.vſq; a deo. et in.l. Sed eſt vnius.§.pretor. vbi dixi. ff. de iniuriſs. licet contrariuz ⁊ male voluerit Idem Bal.in.l.ſi penes.C.de poſtu.

¶ Ex quibus etiā dicitur. Quod ſi aliquis promiſſionem pro delicto committēdo alicui fecerit: talis promiſſio erit ipſo iure nulla. vt eſt tex. vulgatus. in.l.ſi plagij. cuz ſimilibus. ff. de verborum obliga. Nam impia eſt promiſſio que ſcelere adimpletur. vt inquit tex. in.c. in malis promiſſis. xxij.q.iiij. bene facit tex. notabilis in.c. ſi ad peccatum eadem.q. Fidem (inquiens) appellandam non eſſe que ad peccatum faciendum admittit. Quia vt beatus Gregorius. li.vj. moralium.c.v. Verſicu. xvij. ſcribit. prima virtus eſt: ne perpetrari debeant ſed potius euitari peccata. ¶ Alibi dici ſolet. Quod ſi fiat ſtatutum diſponens: quod quilibet bannitus ſoluendo decem extrahatur de banno: tale ſtatutum non habebit locuz in illo qui poſt ſtatutum conditum fuerit bannitus: ſed in illis in preteritum iam bannitis. Quia ſi ad futura tale ſtatutuz traheretur: peccandi atq; delinquendi materia preſtaretur. vt notabiliter voluit Bart. Bal. et alij. in.l.cuz lex per illum tex. ff. de legi. idem Bart. in.d.l. omnes populi. in.vj.q.principali. col. penulti. Verſic. quid de tempore. et in.l.ij. in fine. ff. de conditio. et demonſtra. Bal. et imola. in.l.cum tale.§.penul. eodem titulo. Idem Bal. et Salice. in.l. leges et conſtitutiones col.ij. C. de legibus. et in. le. ſi quis ſeruo col.ij. C. de furtis. panor. in.c.ij. de conſtitutio. Antho. Imola et moderni. in.c.fi. eo titulo. Jaſſo. in.l.ſi vnus.§. illud nulla. ff. de pactis. Et licet ipſe nō referat. Idem tenuit Albericus de roſate. i vltima parte ſtatutorū.q.lvj. incipi. ſimilis queſtio. Bal. et imola. in.l.cum in ſecundo. ff. de iniuſto rupto. Idem. Bal. in.c.fi. ad finez. de preſcriptio. Sali. in.l.ij. per illum textum. C. de generali abolitio. Antho. in.c. quia circa. de priuilegiis. imola. in Clemēti. fi. col. xvij. de reſcriptis. Ange. in conſilio. lxij. incipi. ex themate. in ſecundo dubio. ¶ Hinc etiam dici ſolet. Non valere ſummi pontificis conſtitutionem nec ſtatutum diſponēs: quod quis pecuniaſiter p̄ homicidio puniatur. Quia propter paruitatem pene eſſet ad peccandū atq; delinquendum viam aperire. vt tenent Joannes andre. Hoſtien. Antho. panor. et communiter omnes. in.d.c.fi. de conſuetudine. hoſtien. Antho. et abbas. in.c.ij. de delictis puerorum. Archidia. xxiij.q.iiij.c. duo. ⁊ i.c.fi. vbi dominic⁹. ne clerici. vel monachi. lib. vj. Idem domini. poſt paulum. in.c.ij. de conſuetu. eodem lib. Bal. in Rubrica. de conſtitutio. et in.l. cunctos populos. i. vj. col. de ſumma trinita. ⁊ fide catho. et in ſua practica iudiciaria. in Rubrica. de ſtatutis. in.q. incipi. Vtrum valeat pena pecuniaſiter apposita per ſtatutum in homicidio. Bar. Bal. pau. et Salice. in auctē. caſſu et irrita. C. de ſacroſancta. eccle. Bal. in dicto.c. ad noſtraz de probatio. Albericus. ia.ij. parte ſtatutoꝝ.q. cxxiij. Tancre. de coniecto in ſua compendioſa. in. xij. Rubrica. q. vltima i fine. ange. de aretio. in tracta. maleficiorum in verbo et ex interuallo di-

ctus ticius. col. iij. Aersicu. et aduerte Joānes de Anania. in consilio. lxiij. incipi. presu posita communi opinione. Francisc. de arecrio. in consilio. lviij. incipi. diligenter. in. vj. col. Barba. in consilio. xxxj. incipi. omnia quecumq. col. iij. vol. iiij. Philip. decius. in. c. de causis. col. penul. in principio. de officio. de lega. et in. c. ij. col. prima. in prima lectura vbi hāc dicit esse communem opinionem de constitutio. et in Rubrica. col. xj. circa finem. de probatio. Hippolitus de Marsilijs. in. l. prima. in principio. col. iij. in fine. ff. ad legem corne. de siccatijs. licet contrarium quamplurimi voluerunt: quos ad plenum retuli et hūc articulum latissime disputaui. in Rubrica. ff. ad legem corneliam de siccarijs.

¶ Sic etiam dici solet: Non posse summū pontificem cum rege vxorem sterilem habente vt concubinā teneat dispensare: quia per talem dispensationem peccandi atq; delinquendi occasionem daret. vt notabiliter inquit Bal. in. c. latoz. Aersicul. Sed quid si regina. de re iudica. quem referunt et sequuntur moderni. in capitulo. que in ecclesiarum. de constitutio.

¶ Ex quibus clarissime patet: quod cū per summi pontificis Julij secundi dispensationem serenissimis dominis Henrico et Catherine Anglie regibus super matrimonio predicto concessam: materia et occasio peccandi atq; delinquēdi/ incestumq; committendi prestetur: indubitanter nulla ex potestatis defectu dispensatio predicta reputari debet/ et reputatur.

¶ Sextum pro parte negatiua fundamentum.

SExto in serenissimi regis fauorem accedat. Nam quamuis a tempore legis nature vsq; ad redemptoris nostri passionem (vt late superiꝰ in prima principali prorima dubitatione diximus) fratris absq; liberis premortui vxorem ducere semper licuerit: non propterea dicendum est: quod summus pontifex cum fratre vt fratris vxorem ducere posset: dispensare potuerit. Nā q3 aliquis duas simul vxores habere posset: in lege etiam nature/ semper licituz/ permissum/ atq; tolleratum extitit. vt scribitur de Abiam. Geneſis. xvj. et habetur. in. c. dixit Sarra. xxxij. q. iiij. et legitur de Jacob Geneſis. xxix. et patet deuteronomio. c. xxj. ibi. si habuerit homo vxores duas/ vnam dilectam et alteram odiosam ꝛc. Et de Helchana etiam patet. regum primo. capitulo primo. Et de Dauid. codez libro. capitulo. xxx. et regum. ij. c. ij. et. c. xij. Et tamen quia hoc postea ab rogatum fuit: nullatenus papa vt quis duas simul habere posset vxores dispensare valuit nec potuit. vt communiter concludunt doctores super quarto sententiarum. Distinctio. xxxiij. et in capitulo gaudemus. vbi est textus notabilis. de diuortijs. Sicut enim in casu illo/ tempore legis nature permisso/ dispensari minime potest: Ita et in casu nostro (cum antiqua vetusq; illa permissio de vxore fratris absq; liberis premortui a fratre ducenda extincta abrogata atq; anullata fuerit) dicēdum videtur: summum pontificem dispensare minime posse.

¶ Sequitur primum pro parte affirmatiua fundamentum.

PRedictis tamē (inuictissime Cesar) et alijs que in proposito si tempus pateretur adducere poteram minime obstantibus: que in veritate nō obstant: contrariam sententiam ac opinionem (scilicet) quod summus pontifex cum Serenissimis dominis Henrico ꝛ Catherina Anglie regibus in matrimonio et gradu predicto dispensare potuit/ tutioꝛē existimo ac veriozē.

¶ Pro cuius clariozi/ melioriq; demōstratione sciēdum notandum/ presuponēdum q3 esse censeo. Hanc sancte ecclesie catholice potestatem iam ante mundi constitutionem (secunduz diuine sapientie predestinationem/ ordinationem/ atq; dispositionem incepisse. Nā vt super cāti. sermone. lxxviij. beatꝰ scripsit Bernardus: Secundum predestinationem nunquam ecclesia electoruz penes deum non fuit. Si miratur (inquit) hoc infidelis: audiat quod magis miretur:

Mun̄ non grata extitit: mun̄ non dilecta. Quid ni audacter loquar Arcanum: quod mihi de corde dei promptus ille supernoꝝ delator consiliorum aperuit: Paulum dico: qui vt multa alia/ita hoc quoq; de diuitijs bonitatis eius non est veritus diuulgare secretum. Benedixit nos (inquiens) in omni benedictione spirituali in celestibus in christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem: vt essemus sancti et immaculati in cōspectu eius in charitate. ꝛc. Quod etiā ibidem Origenes retulit et scripsit. Non enim (inquiens) inde ex aduentu saluatoris in carne sponsam dici/aut ecclesiam putes: sed ab initio humani generis/et ab ipsa mūdi constitutione: Immo vt Paulo duce altius mysterij huius originem repetaz/ante etiam mundi constitutionem.

2 ¶Quod verum esse non dubitamus: quā do ecclesiam sanctam catholicam secundum diuinam predestinationem vt diximus considerauimus. Ubi vero ecclesiam non secundum diuinam predestinationem/sed vt quādam societatem seu communitatem ex angelis et sanctis hominibus sub vno principe scilicet deo ordinatam et constituram sumimus: de cuius constitutione ꝛ ordinatione/beatus sup. xxxvj. psalmo. meminit Augusti. Ex omnibus (inquiens) fidelibus et angelis vnam ciuitatem sub vno rege/vnāq; prouinciam sub vno imperatore fieri. Cūc attenta opinione dicētium/creationem angelorum hoīs creationē/precessisse ab angelis ecclesiā eiusq; auctoritatem atq; potestatem incepisse dicimus. Quod satis super. Canti. sermone. xxvij. beatus idē mōstrauit Bernardus. Sicut de diuersis (inquiēs) ouium gregibus/vnum facere voluit: vt sit vnum ouile et vnus pastor: Ita cum haberet sponsam/inherentē sibi a principio multitudinem angelorum: Placuit ei/et de hominibus conuocare ecclesiam: atq; vnire illi que de celo est: vt sit vna sponsa et sponsus vnus.

3 ¶Bene etiam verum est: Quod si ecclesiā sanctam catholicam prout quandam viatorum fidelium hominum vniuersitatez sacramenta habentem considerare volumus: non ante mundi cōstitutionem/nec ab angelis/sed ab Abel iusto incepisse affirmam⁹.

¶Tum quia Abel/vt primus iustus a redemptore nostro Mathei. xxiij. fuit commendatus: super quo verbo beatus Hieronymus sic ibidem dixit et scripsit. Abel iust⁹ nō solum ex dicto ꝛ sententia christi. Sed ex genesis testimonio comprobatur: vbi accepta eius a deo narrantur munera: In qua iustificatione et sanctimonia sine interruptione continuate viguit: primusq; martyr fuit: ꝛ vt Augustinus in libro. de mirabilibus mundi scribit: fidei doctor extitit. In quo tres p sone principales ecclesie pastores scilicet/virgines ꝛ martyres figurate fuerūt.

¶Tum etiā quia Abel primus fuit/q̄ per sensibilia signa/scilicet per sacrificij oblationem redemptoris fidem potestatus fuit.

¶Exigebatur em̄ post humane nature lapsum/quedam fidei professio de reparatore: per quez morbi medicina futura erat: et qō fidem illam per se ipsum quis sacramento aliquo visibili ostenderet seu profiteretur. Quod de Adam quamuis ipse primus fidelis fuerit: et qui prius de incarnatione secundū apostolū fidem habuit: duz hoc nūc os ex ossibus meis et caro de carne mea dixit: Et quāuis filios suos (vt in historijs Magister scribit) decimas et primitias offerre docuerit: munime tamen legitur: quod fidem suaz post sui lapsum aliquo sacro sensibili seu exteriori signo per se ipsum demōstrauerit. Me in ipso in quo peccati origo notabatur: simul etiā in eo (vt beatus Thomas secunda secunde. q. lxxxv. articulo. primo. scribit:) sanctificationis origo signaretur. Et ne ab eo (secundū Alex. in tertio.) Aquo diuine inhonorationis incepit exemplum: ritus honorandi deum sumeretur. 4 5

¶Tum etiā quia Abel primus fuit/qui redemptoris domini nostri passionem significauit: prout in. xxix. libro. Moralium. Uersicu.. xxviij. triceslimi octaui. c. Job. beatus scripsit Grego. Diuersis (inquiens) tēporibus Abel Esaias ꝛ Joannes apparuerūt. Diuisi quidem fuerūt tēpore: sed nō predicatione. Nam Abel redēptoris nostri passionem significans/agnum in sacrificio obtulit. De cuius passione Esaias ait. Sicut Agnus coram tondente se obmutescet: et non aperiet os suū. De quo Joannes quoq; ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Ecce diuisis quidem temporib⁹ missi: et tamen concorditer de redemptoris nostri innocentia sentientes: eundem agnū Joannes ostendendo: Esaias predicando: Abel offerēdo/locutus est. Et quem Joānes in ostentione/quē Esaias in locutione/hunc Abel sacrificando in manib⁹ tenuit. 6

¶De quo Abel/et quod ab ipso ecclesia

sancta catholica (intelligendo prout prius me diximus) inceperit: Idem beatus Gregorius. Homelia. xix. in principio (Exponens illud Mathei. xx. Simile est regnum celorum:) Sic inter alia inquit. Quis pater familias similitudinem rectius tenet: q̄ conditor noster/qui regit quos condidit: et electos suos sic in hoc mūdo possidet: quasi subiectos dominus in domo. Qui habet vineam vniuersalem scilicet ecclesiam: que ab Abel iusto vsq; ad vltimum electū qui in fine mundi venturus est: Quot sanctos protulit: quasi tot palmites misit.

¶ Et beatus. Augusti. de ciuitate dei. libro. xviii. c. ij. in fine idem affirmans/sic inter alia dixit. Non solum a tempore corporalis presentie christi et apostolorū eius/sed ab ipso Abel/quem primus iustū impius frater occidit: et deinceps vsq; ad huius seculi finem/inter persecutiones mundi et consolationes dei peregrinando percurrit ecclesia. Et exponens illud psalmiste psalmo. cxviij. In initio cognoui. de testimoniis tuis: quia in eternum fundasti ea. Ecclesia (inquit) loquitur: que in terris non defuit/ab initio generis humani: Cuius primicie Abel sanctus est immolatus: in testimonium futuri sanguinis mediatoris ab impio fratre fundendi. Nam et illud ab initio dictum est: erant duo in carne vna. Quod magnum sacramentum beatus Paulus apostolus exponens: Ego (inquit) dico in christo et in ecclesia.

¶ Sed quamuis ab Abel iusto immo ante mundi constitutionem/ ecclesie auctoritas atq; potestas semper vt diximus fuerit: tamen secundum statum noui testamenti loquendo: A christo redemptore nostro ecclesiam sanctam catholicam eiusq; potestatem per ipsius oblationem/predicationem/mortem/et resurrectionem/ac spiritussancti missionem/inchoatam atq; fundatam fuisse non dubitamus. Prout ad colossenses primo. beat⁹ scripsit Apostolus. Ipse est (inquiens) caput corporis ecclesie: qui est principium illius. secundū. Glosam. ordinariam ibi. et traditur per. Glosam. ordinariam. Paralipomenon. secundo. capitulo. xxxvj. et Esdre primo. capitulo. primo. et melius. in psalmo. lxxxvj. in Glosa. magna circa finem.

¶ Qui cum a nobis sua corporali presentia recedere decreuisset: suum vicarium et ecclesie pastorem beatum Petrum summū pontificem/ et post eum quemcunq; illius successorem/vt gregis periculis occurrere posset/nobis in terris dimisit. Quibus amplissimam/supremam/omnimodamq; potestatem/ipse concessit. Sicut misit me pater (Joānis. xx. inquiens) et ego mitto vos: cum tanta scilicet potestate quanta ad vniuersalis ecclesie regimen/ et fidelium salutem procurandam est necessaria. vt ex dictis beati Thome. in quarto sententiarum colligitur. Distinctio. xv. q. iij. Articulo primo. Et quodcunq; (inquiens dominus/ Mathei. xvi.) ligaueritis super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcunq; solueritis super terram: erit solutum et in celis: et habetur. in capitulo. in nouo. xxj. distinctio. et in capitulo. quodcunq;. xxiiij. q. prima. et in capitulo solite. de maioritate et obedientia. et in capitulo peruenerabilem. cum similibus. qui filij sint legiti. Quodcunq; enim generaliter ac indistincte dominus dixit: vt nihil ab illius concessione excipere videretur. d. c. solite. de maiorita. et obedientia. c. si Romanorum. xix. Distinctio. l. Julianus. ff. de legatis. iij. Et vt nec nos aliquid ab eadem excipere neq; distinguere valeremus. argumento. text. in capitulo. quod si dormierit. xxxi. questio. prima. l. de precio. ff. de publicia. l. si seruum. §. pretor ait. Vt sicut. non dixit pretor. ff. de acquiren. here. l. pro sperit. ff. qui et a quibus. l. vnica. §. sinautem cum similibus. C. de caducis. tollen. Et ne de summorum pontificum potestate aliqualiter dubitaremus: seu quomolibet disputaremus. capitulo. si quis suadente diabolo. §. committunt. et capitulo nemini. decima septima. questio. quarta. capitulo si papa. quadragesima. Distinctio. capitulo. cuncta per mundum. nona. questio. tertia. l. sacrilegii. C. de diuersis rescriptis. l. disputari. cum similibus. C. de crimine sacrilegii.

¶ Et ideo papa a pape (que admirātis est interiectio) dicitur. vt inquit. Glo. in prohemio Clementinarum. in verbo papa.

¶ Quia non puri hominis sed veri dei vices in terris gerit. capitulo quanto. c. licet. et ibi doctores. de translatio. episcop. c. vt nostrū. §. porro. vbi Imola. in. ij. col. vt ecclesiast. benefi. c. prohumani. de homicidio. c. fundamenta. §. decet. et. c. vbi periculum. §. ceterum. de electione. libro. vj. c. ad apostolice. de re iudicata. eodem libro. et voluit. Glo. in prohemio septi decretaliū. in vbo. Bonifacius. et in capitulo. serpens. de pen

Digitized by Google

ten. Distinctio. prima. et tradit. specula. in titulo. de lega. §. nunc ostendendum. Joannes andre. in capitulo. cum de beneficio. de preben. lib.. vj. doctores communiter. in. c. primo. de constitutio. Barba. in Rubrica illius tituli. et in capitulo nisi specialis. in. iiij. colum. de officio. lega. et in prohemio Clementinarum. in. iiij. col.

14 ¶ Cui propterea (vt thesaurorum lib. beatus Cyrillus scribit) omnes iure diuino caput inclinant: et primates mundi tanquam ipsi domino Jesu christo obediunt. capitulo. Valentianus. lxiij. distinctio.

15 ¶ Est enim apud summum pontificem suprema potestas: in qua nullatenus parē habere videtur: vt inquit. Bal. in capitulo primo. col. prima. de probatio. doctores communiter. in. l. rescripta. C. de precibus impera. offeren. ¶ Immo solus ipse potestatis plenitudie vtitur. c. decreto. ij. q. vj. c. ad honorem. cum similibus. de auctoritate et vsu

16 pallij. ¶ Et solus potestatem quaz omnes patriarche habuerunt habet. Qui non solum est episcopus: Sed episcoporum omnium culmen tenet. vt inquit. Bal. in Rubrica prohemij decretalium.

17 ¶ De quo beatus (in libro secundo de cōsideratione/ad Eugenium scribens) sic dicebat Bernardus. Tu es sacerdos magn⁹: pontifex summus: princeps episcoporum: heres apostolorum: primatu Abel: gubernatu Noe: Patriarchatu Abraam: ordine Melchisedech: dignitate Aaron: Authoritate Moyses: iudicatu Samuel: potestate Petrus: Unctione christus.

18 ¶ Cuius statuta solus deus corrigit. vt notat. Bal. in tractatu scismatis. in. iij. colum. Quia secundum Joannem andre. in capitulo. quanto. de translatio. episcop. vnum et idem est illius consistorium et christi. et notat. panor. in capitulo. licet. de electio.

19 ¶ Et vt multa alia que in proposito adduci poterant ommittamus. Tantam potestatē summum pontificem habere cognoscim⁹: Quod omnia ipsum potuisse et posse: (clausule tamen discretionis precedente et non errante) non dubitamus. vt inquit. Specula. in loco superius allega. Versicu. lxxxix. Hostien. in. d. c. quanto. de transla. episco. Doctores cōmuniter. in. d. c. primo. de constitutio. et in. c. cum venissent de iudicijs. Panor. in. c. proposuit. de concessio. preben. et in sua prima disputatione. columna secunda. Bene facit. Glosa. in capitulo. quanto. de iure iuran. De cuius Amplissima potestate/multa moderni scribūt. in. d. c. primo. et in. d. l. rescripta. Cardinal. in Clementi. fi. de etate et qualita. et in Clementi. pastoralis. de re iudica. Barba. in. c. quod translationem. col. xv. de officio. de lega. Socci: in consilio. xiij. incipienti presens consultatio. colū. v. Col. primo. et in consilio. xv. incipi. Clementissimum deum. col. iiij. Philip. decius. in cōsilio. cccxlij. incipi. viso puncto. col. iiij. volu. iij. Augusti. de Ancho. et Joannes de turre cremata. in suis tracta. de potestate ecclesie. Archiepisco. Florenti. in tertia parte sue summe. titulo. xxij. p totum.

¶ Cum enim tam ampla summi pontificis sit authoritas atq; potestas: nullatenus existimo dubitandum in casu nostro/ Quinimmo et in gradibus etiā diuino iure prohibitis summum pontificem dispēsare potuisse. Potuit enim/potest et semper potuit in predictis aliisq; similib⁹ ex causa summus pontifex dispensare. Quando scilicet necessitatem/vel publicam vtilitatem/seu aliam quamcunq; iustam causam viderit imminere. Alias autem si ex causa in gradu etiaz diuina lege prohibito dispēsare summ⁹ pontifex minime posset: Aliquando ipse vnius regni/totiusq; christianitatis paces/ (que per aliquorum matrimonium et ipsius dispensationem haberi seu acquiri posset/impediret. et commune bonum/communemq; vtilitatem peruerteret: Nec non bellis/homicidijs/scandalis atq; discordijs/occasiones daret. Sicq; fieret: Quod et id quod pro bono publico/pro communi vtilitate/pro amicitia/pro quiete/pro honestate/pro castitate/et charitate inter homines propaganda atq; conseruanda instituum fuit: In maioris boni/maioriscq; amicitie/vtilitatis/et charitatis damnum redundaret. Et ita summus pontifex boni pastoris officio (qui gregis periculis occurrere debet:) minime vsus esset.

¶ Non enim credendum est: dominum deum nostrum hanc dispensandi facultatē summo pontifici non dedisse: Sed potius affirmandum est: vt secundum tēporis congruitatem/vtilitatem atq; necessitatē dispēsare posset: amplā sibi potestatē concessisse.

¶ Sicut enī bonus pater familias seu familie gubernator (qui vere dispēsator dicitur vt beat⁹ Thomas secunda secunde. q. xcvij. articulo vltimo scribit) vnicuiq; de familia secundum vtilitatem et familie necessitatem

tribuit: et aliquando ordinationem domus omnibus imposītā minime seruat: Ita bonus multitudinis gubernator/ cuz suis subditis et sue gubernationi commissis/ quando hoc causa deposcit/ idem facere debet.

14 ¶ Et propterea Aristo. Erbicorum septimo/ necessitatez ponendi in principe virtutem epiheyam arguebat: quam nos equitatem siue moderamen appellamus. Cuius virtutis officium est: pretermissis verbis legis id sequi/ quod ratio vel utilitas communis deposcit: In his in quibus legis obseruantiam communi utilitati et sic reipublice/ cognoscimus non expedire. Quod non solum de lege humana sed diuina etiam intelligendum esse nō dubitamus: prout multis exemplis atq; fundamentis si tēpus pateretur/ id ostēdere valeremus. Pro nunc

25 vero hoc solum modo enarrabimus.

¶ Legimus enim Numeri.xxj. dominuz deum nostrum serpentem Eneum in deserto exaltari precepisse: vt aspicientes in eum a serpentum morsibus sanare potuissent. Et tamen reperimus Ezechiam regem regum.liij.c.xviij. eundem serpentem confregisse: Sicq; quod ex precepto domini vno tempore rationabiliter ordinatum fuit: eiusdem domini instinctu rationabilius postea Ezechiam regem reuocasse. Quod quidez ipse qui cum deo semper erat minime fecisset: nisi et quod vno tempore expediēs fuit: alio tempore nociuum esse cognouisset. Fecit enim (vt textus inquit) quod erat bonuz coram domino: Juxta oia que fecerat Dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa: et cōtriuit statuas: et succidit lucos: Fregitq; serpentem eneum quez fecerat Moyses: siquidem vsq; ad illud tempus filij Jsrael adolebant ei incensum. Vocauitq; nomen eius Noebestan: et in domino deo Jsrael speravit. Jtaq; post eum nō fuit similis ei/ de cūctis regibus Juda. Sed neq; in his qui ante eum fuerunt. Et adhesit domino: et nō recessit a vestigijs eius: fecitq; mandata eius que preceperat dominꝰ Moysi: Unde erat dominus cum eo: et in cunctis ad que procedebat/ sapienter se agebat.

16 ¶ Et propterea Artaxerses rex/ temporuz et negociorum congruitatem atq; opportunitatem cōsiderans: litteraſq; quas ad principis Aman suggestionem vt tota scilicet iudeorum gens deleretur concesserat: minime ad implendas fore/ neq; ad impleri debere cognoscēs: Sic inter alia Hester.xvj. scribendo dixisse reperimus. Hec putare debetis/ si diuersa iubeamus/ ex animi nostri venire leuitate: Sed pro qualitate et necessitate temporum vt reipublice possit vtilitas ferre sententiam.

¶ Sic etiam de Dauid. regum primo. c.xxj. 17 legimus. Quod propter suam communēq; vtilitatem atq; necessitatem/ ipse et qui cū eo erant/ In domū dei sub Abiathar principe sacerdotum introiuit: et panes propositionis manducauit: quos non nisi solis sacerdotibus manducare licuit: De quibus eis qui cum eo erant dedit.

¶ Et licet in veteri testamento quicquam operis In sabbato fieri nō liceret: vt scribitur. Exodi. capitulo vigesimo. et Deutero 18 nomio. capitulo quinto. Tamen Machabei propter casum publice vtilitatis ac eminentis necessitatis/ pro republica tuenda/ legibusq; conseruandis/ in diebus sabbatorum pugnabant. vt scribitur Machabeorum primo. capitulo secundo. et in capitulo. quod non est licitum. de regulis iuris. Quod saluator mundi. Matthei.xij. Marci.ij. et Luce.vj. laudauit et approbauit. Et ideo cum dominus a iudeis interrogaretur si sabbatis curare liceret: eisdem dominus respondendo dixit. Quis erit ex vobis qui habeat ouem vnam: et si ceciderit hec sabbatis in foueam: nonne tenebit et leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue: Jtaq; licet sabbatis bene facere.

¶ Si enim dominū talia fecisse/ taliaq; respondisse legimus: Quis erit princeps/ Quis dominus? Quis familie seu multitudinis gubernator/ Quis summus pontifex qui habeat ouile vnum: etsi in ruinam cecidere viderit: necnon bella atq; scandala imminere cognouerit: nonne ouile leuabit atq; tenebit: Nonne vt scandalis/ bellis/ atq; discordijs locus non detur: et ne totum regnum ouileq; suum perdatur: remedium congruum adhibebit: Et si per Matrimoniuz inter principes Jn gradu/ diuino etiā iure prohibito celebrandū/ bella/ scādala/ atq; discordie sedari possunt: Nonne cum talibus dispensabit: Certe sic.

¶ Propter publicam enim vtilitatem sine dubio/ iura omnia transgredi licet. vt notabiliter inquit. Bar. in. l. cum Nauarchorum. C. de Nauicularijs. libro. xj. quem refert et sequitur. Paulus de castro. in consilio. cxxxij. incipi. viso puncto et oppositionibus. in secunda columna. 19

Digitized by Google

30 ¶ Et hoc ideo quia in quacunq; dispositione semper publice vtilitatis casus censetur exceptus. l. iubemus. la prima. C. de sacrosanct. eccle. ¶ Per quem textum Ibidem Bal. notat ⁊ dicit: Quod priuilegium quātum cunq; generaliter concessum/ minime casum reipublice seu publice vtilitati contrarium includit. quem refert et sequitur. Barba. in consilio. primo. col. v. Uersicu. premitto. volu. iij. et Jasso. in. l. si ex toto. in principio. col. fi. ff. de lega. primo. ad idem est textus. in. l. prima. C. vt nemini liceat in emptione specierum se excusare. libro decimo. et in. l. iubemus. C. de nauibus non excusandis. libro. xj. Bene faciunt que in proposito in publice vtilitatis fauorem cumulauit. Feli. in capitulo. nonnulli. in septima fallentia. Uersiculo. Ad euitandos. colum. xviij. cum sequenti. de rescriptis. et hippolitus de marsilijs. in sua practica criminali. §. Aggredior. numero. lix. cum pluribus sequentibus.

32 ¶ Et ideo dici solet: Quod licet consuetudo contra legem consuetudini derogantem non valeat: vt tradit. Bar. et communiter doctores. in. l. de quibus. in. ix. et. x. oppositione. C. de legibus. et in. l. si mihi et tibi. §. fi. vbi. Aleran. et moderni alias auctoritates adducunt. ff. de legatis primo. Idem. Aleran. in. l. si non speciali. C. de testamen. Panor. et communiter doctores. in. c. fi. de cōsuetudine. et in. c. ij. de probatio. Antho. panor. et omnes. in. c. cum ex officij. de prescriptio. de quo per. Feli. plene. in. c. accedētes. col. iiij. eodem titulo. Tamen vbi publica vtilitas/ legis que consuetudini derogabat/ reuocationem suaderet: bene consuetudo contra legem predictam valeret. secundum Antho. et communiter doctores. in. d. c. fi. de consuetu. et voluit geminia. Imola. et doctores. in. c. fi. de constitutio. lib. vj.

33 ¶ Hinc notabiliter dicebat ter. in. c. dispensationes. prima. q. vij. dispensationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem a debito rigore Quosdam exire foras: vt maius aliquid lucri faciant. Sicut enim hi qui mare nauigant/ tēpestate vrgente nauiq; periclitante anxiati/ quedam exonerant/ vt cetera salua permaneant: Ita et nos cum non habeamus saluandorum omnium negociorum penitus certitudinem: despicimus ex his quosdam: ne cunctorum patiamur dispendia.

35 ¶ Sicut enim legimus deum nōnulla que in veteri testamento posuit: in nouo postea testamento mutasse: vt habentur. in capitulo. non debet. de consanguinita. et affinita. Et sicut predictum cum vxore fratris absq; liberis premortui matrimonium (vt scribitur Leuitici. xviij. secundum aliquorum expositionem intellectuꝝ ⁊ declarationem/ quam tamē superius in prima proxima precedenti dubitatione latius improbauimꝰ) fieri sua inuenimus lege. phibuisse: Et post ea propter temporum et personarum necessitatem communemq; vtilitatem illud fieri reperimus permisisse: Immo vt verius loquar/ id fieri sua speciali deuteronomia dispositione precepisse: Ita eodem modo dicendum est: summum pontificem omnipotentis dei vicarium/ illiusq; locum tenentem/ secundum temporis et personarū qualitatem et necessitatem/ communemq; vtilitatem id permittere potuisse: ⁊ in hoc quod frater vxorem fratris absq; liberis premortui ducere posset: dispensare potuisse.

¶ Secundū pro parte affirmatiua fundamentum.

DEterea et secundo in serenissime domine Anglie regine fauorē accedat. Nam in quāplurimis alijs casibus lege diuina prohibitis/ maiorem difficultatem/ maioremq; dubitationem habentibus/ summum pontificem ex causa reperimus dispēsasse: dispēsandiq; amplissimam potestatē habuisse. Ut patet in vsuris. Nam ex causa super vsuris potuit et potest summus pontifex dispensare. capitulo. salubriter. cum similibus vbi doctores communiter. de vsuris. et voluit Archi. in. c. hac ratione. xxxi. q. prima. Bal. in auctē. omnino. in. vj. col. C. de vsuris. Petrus de Ancharra. in cōsilio. cxxxv. incipi. christianissime. Paulus de cas. in cōsilio. cccl viij. incipi. quoddam commune. Alex. late. in consilio. primo. et consilio. ij. et consilio. cxlix. incipi. pro inuestigatione. vol. ij. Jasso. in. l. prima. colum. viij. in. secunda lectura. C. de summa trinita. et fide catho. Quidquid Joannes andre. dixerit. in regula peccatum. Uersiculo. tertio. de regulis iuris. Bal. in. d. l. prima. colum.

Digitized by Google

na.iiij.et ibi Jasson sibi cōtrarius.in prima lectura.col.x.in fine.idem Bal.in auctē. ad hec. columna.ij. C. de vsuris. Cardina. et imola. in Clementi prima. eodem titulo.

2 ¶ Et tamen vsure iure diuino prohibētur. c.plericq.xiiij.q.iij.c.super.de vsuris.⁊ habetur. Luce.vj. ibi mutuum date nihil inde sperantes.

3 ¶ Sic etiam ex causa sup iuramento potest summus pontifex dispensare.vt tenent cōmuniter doctores.in.c.cum inter. de renuntia. Hlo.et doct.in.c.quanto. de iure iuran. doctores cōmuniter.in.c.preterea el primo. de sponsa.⁊ in.c.auctoritatez post Hlo.ibi. xv.q.vj. Joānes andre.in.c.actus legitimi. de regulis iuris.in.vj. Archi.in.c. qui sacramento.xxij.q.v. Bal.in.l.nō solum.§. filijs autem.C.de bonisq liberis. Cardi.in Clementina prima.circa finem versicu.decimo septimo quero.de iure iuran.doctores communiter. in.c.quamuis pactum. de pactis. lib.vj. Guidopapa.in.q.ccxxiij.incipi.item fuit dubitatū. Jasso.in.l.qui iurato. col.iij. Versicu.confirmo.ff.qui satis dare. cogan. Marcus anthonius bave.in tractatu de virtute iuramēti.in.lvij.de cessione.beat⁹ Thomas secunda secunde.q.lxxxviij. articu.xix. In prima responsione. Archiepisco. Florēti.in secunda parte sue summe.titu.decimo. c.v. Augusti.de Ancho.in sua summa ecclesie.q.xlix.articulo primo et secundo. Joannes de turre crema.in suo tractatu de potestate ecclesie.q.xxviij. ¶ Nō procedit etiā si quis iurasset/se a papa relaxationem iuramēti nō impetrare.vt late scribit. Feli.in.c. ij.col.vij.de sponsa. ¶ Et ideo specula.in titulo de teste.§.primo. Versicu. Sed queritur dicebat.summum pontificem dispensare posse:quod periurus ad testimoniuz admittatur. Quod etiā voluit Archidia.in.c. paruuli.xxij.q.v. Vincē.et Joannes de Imola.in.c.testimonium.de testibus. Jacobinus de sancto Georgio.in.l.iij.§.lege Julia. columna secunda. eodem titulo. ¶ Et tamen iuramentum iure diuino seruari minimeq violari precipitur. Scriptum est enim. Leuitici. xix. non periurabis in nomine meo.et Mathei.v. Reddes domino iuramenta tua.et habetur.in.c.habem⁹. et in.c.si peccatum.xxij.q.prima.

7 ¶ Sic etiam super matrimonio per verba de presenti cōtractato atq firmato/summ⁹ pōtifex dispēsare potest.vt voluit.glo.finalis.quam ibi.hostien. Joannes andre.⁊ cōmuniter doctores sequuntur.in.c.ex publico.de conuersione coniugatorum.doctores communiter.in.c.que in ecclesiarum.de cōstitutio.et in.c.commissum.de sponsa. Archi.in.c.quia.xxvij.q.ij. Bal.i.l.deo nobis. C.de episco.⁊ clericis. Petrus de Anchara.in.c.primo.in.vj.col.de constitutio.et in consilio.ccxxix.incipi.parum dubitatiōis. et in cōsilio.cccc.incipi.viso ⁊ diligenter inspecto.in.iij.col. Imola. in.c.fi.vbi inquit Ita communiter teneri.de trāsactio. Ponepositus late.in.c.fi.de sponsa.duorum.⁊ in. c.discretionez.in vltimo notabili. de eo qui cogno.consangui. vxoris sue. Philip. decius.in consilio.cxij.

8 ¶ Quinimmo non solum in matrimonio perverba de presenti contractato/sed etiaz in matrimonio carnali copula consummato/ex causa potest summus pontifex dispēsare. vt pulchre cōsuluit marianus socci.in consilio.xxviij.incipi.circa primum quesitū per totum.quem refert et sequitur; Philippus decius.in.c.que in eccle siarū.colum.v. Versicu.successiue Abbas pro sequitur.de constitu. Paulus de monte picho.in Rubrica.col.ij.C.qui admitti.et Joannes crotus.de monte ferrato. in repetitione.l.omnes populi.colum.xvij. Versicu.confirmatur.ff.de iusticia.et iure. Quamuis contrariū ⁊ male salua et⁹ pace voluerit. Bal.in. d.l.deo nobis.in.iij.col.⁊ in.c.latoz.de re iudica.et Feli.in.d.c.que in ecclesiaz. col.viij. in principio.prout latissime dixi.in.d.repetitione mea.l.respiciendum.in principio.in verbo quam causa deposcit.ff.de penis. Et tamen scriptum est. Mathei.xix. Quos deus coniunxit:homo non separet.et habetur in.c.deinde.xxvj. Distinctio. et in.c. quos deus.xxxiij.questio.secunda.

9 ¶ Sic etiam cum Monacho/quod matrimonium contrahat:et sic super continentie voto/potest ex causa etiam summus pontifex dispensare.vt communiter volunt doctores.in.d.c.que in ecclesiarum. de constitutio. panor. et alij. in.c. cum ad monasterium.de statu monachoruz.⁊ in.c. Rursus. qui clerici vel vouentes. Joannes andre.et communiter doctores. in capitulo primo. de voto. et in capitulo mancipia de rerum permuta.⁊ in capitulo.actus legitimi.et.c. semel.de regulis iuris. in sexto. Calderi:et prepositus. in capitulo.sicut ex litteris. columna.fi. de sponsa. Archidia et doctores. Maxime Joannes de turre cremata.in.c.

Digitized by Google

de illo.xxxij.distinctio.et in.c.cum in preteri to.lxxxiiij.distinctio.et in.c.sunt quidaz vbi Glo.et docto.xxv.q.prima. hostien. in sum ma tituli.devoto.§.qualiter.col.ij.Uersicu. sed et de votis.ꝛ i summa tituli:q̃ clerici vel vouẽtes.§.q̃vonẽs.Uersi.videt.Specula. in titu.de legato.§.nũc breuiter.versicu.xv. Bal.ꝛdocto.in.l.rescipta.C.de p̃cibus.im pera.offerẽ.et in.l.si tibi filio.ff.de adoptio. Idem Bal.in.c.inter corporalia. col.ij.de translatio.episco. Petrus de Ancharra.in. c.primo.col.v.Uersicu. Ulterius quero. et ibi late doctores.de constitutio. Idem An charra.in Clementi. Abusionibus.de penit ten.et remissio.et in consilio.ccxxxix.incipi. parum dubitationis.in prima.col. et in con silio.ccxxxv.incipi.pro maiou Intelligẽtia Joannes de imola.in.l.in substitutione.ff. devulgari ꝛ pupi.ꝛ in.c.cum olim.col.ij.de clericis coniuga. et in clementi. vnica.post Glo.et Cardinalem ibi.col.fi.Uersicu. sed queritur. de cõsangui. ꝛ affinita. Idem car dinalis. in Clementi. Secunda.de etate et qualitate. Maria. Socci. qui hãc magis cõ munem dixit esse opinionem.in cõsilio.xiij. incipi.presens consultatio.col.iiij. Uol.pri mo. et in.d.consilio.xxviij. Antho.corse. in tracta de potestate et excellẽtia regia.in.ciij. q.Barba.in Rubrica.col.xxvj. Uersiculo. quadragessimo adduco.C.qui admitti.Fe li.late.in.c.si quando.col.iij.de rescriptis.et in.c.humilis.col.fi.de Maiorita et obediẽ. Jasson.in aucten.ingressi.col.ij.C.de sacro sanct. eccle.ꝛ in.l.fi.vbi hanc dixit magis cõ munem opinionem.C.de transactio. Pe⁹ trus de monte in suo tracta.de potestate pa pe/ꝛ consilij.in.xlvj.col. Philip.decius.in consilio.cxij.incipi.in presenti consultatiõe. col.prima.vol.primo.Quam etiaz opinio nem beatus Thomas Petrus de palude. Durãdus de sancto portiano. Michael de bononia/ Ricardus de media villa. et alij tenuerunt:super quarto sententiarum.Di stinct.xxxviij.dicentes et affirmantes/ Idẽ esse:etiam si quis de nõ petendo voti dispẽ sationem votuz fecisset.Quod quidem etiã tenuit Durandus. In secundo sententiaꝝ. Distinctio.xliiij.q.v.et Archiepisco. Florẽ ti.in tertia parte sue summe.titulo.primo.c. xv.§.iij.col.fi.vbi refert Joãnem in confes sorum summa dixisse: se talem dispensatio nem factam vidisse.Quamuis contrarium voluerit Joãnes de anania.in consilio.xcj. incipi.illud certum.ꝛ beatus Thomas sibi contrarius secunda secunde.q.lxxxviij. Al bertus magnus.et Bonaventura.in quar to.Augusti.de Ancho.in sua summa eccle sie.q.xlix. Uersi.ad tertiuz.de quo ꝙ Archi epi⁹.Florẽti.in secunda pte sue summe.titu lo.xj.c.ij.Uersicu.in dispensatione votorũ. et per Joannem de turre crema.in suo tra cta.de potesta.ecclesie.in.xxxv.q.

¶ Et idem est in clerico in sacris cõstituto. vt traditur per Glo.et communiter docto res.in.c.cum olim de clericis coniugatis. 10

¶ Et quãuis aliquãdo reperiam⁹ summũ pontificem super hoc minime dispẽsare vo luisse.prout Eneas cardinalis/postea pius papa dictus/in sua.ccxxj. epistola scripsit. Aliquando tamen reperimus dispensasse.

¶ De Constantia eiñ Guilielmi Sicilie re gis filia. In supplemẽto supplemẽti croni carũ lib.xij.legim⁹. Qñ cuz monacha ipsa esset:ꝛ iã diu in religione professa:cũ Henri co eius nominis quinto/duodecimo Ro manorum imperatore/papa Celestino ei⁹ nominis tertio dispensante matrimonium contraxit:que federicum eius nominis secũ duz/ ex eodem matrimonio genuit.Qui fe dericus postea imperator fuit. 11

¶ Et de Remiro doctores p̃dicti referũt: Quod cuz monachus atq̃ sacerdos de san guine regio Aragonum esset:summo ponti fice dispensante cuz masculi defecissent vro rem duxit: ex qua petronillam genuit: que postea nupta Raymũdo comitti barchino ne in regno successit. 12

¶ Et propterea dicebat Bal.in.l.si pater. §.in arrogationibus.ff. de Adoptio. Qñ si filius regis religionem ingrediatur:po test papa quod ille professus fauore regni monasterium exeat dispensare. Quia vt ip se inquit:melius est generationi/quam reli gionis ingressui studere. quem refert et se quitur. Jasso.in.l.fi.in fine. C.de sacrosan ct.ecclesijs. 13

¶ Quinimmo et ad tempus Quod mo nachus monasterium exeat:et matrimoniũ contrahat:puta donec filium masculum ha beat:ex causa summus põtifex posset dispẽ sare.vt notabiliter.voluit Joannes andre. in dicto.c.actus legitimi.vbi Philip.fran cus et doc.de regulis.iuris. Bal.in.l.si tibi filius.ff.de Adoptio.quos refert et sequi tur. Jasson.in.l.si Arrogator.col.ij. eodem titulo.Feli.et Philip.decius.in.d.c.que in ecclesiarum.de constitutio. 14

¶ Sic etiam Quod vnius dicto atq̃ testi- 15

Digitized by Google

monio stetur: potest papa non soluz ex causa dispensare sed etiam statuere. Quamuis ex iuris diuini dispositiõe duo adminus requirantur. vt scribitur numeri.xxxv. Deuterono.xvij.et.xix.et Math.xviij. et habetur.in.c.nouit.de iudicijs.ꝛ in.c.in omni negocio.de testibus.et in capitulo.cum esses. cum similibus.de testamentis. Ita notabiliter voluit. Roma in singulari.cclvj. incipi.tu scis. ¶ Amplius ibidem et singularꝫ dicens: Non solum summum pontificem sed etiam communitatem/superiorem non recognoscẽtem statuere posse: vt solius episcopi vel Marchionis testimonio quelibet causa decidi possit. Allegat textum singularem.in.c.omnes itaq; cause.xj.q.prima. secundum intellectum quem ad illum textuz dedit. Innocen.in.c.nuper de testibus. Et quod ex causa hoc statui possit: voluit Abbas.in dicto.c.nuper.et post eum. Feli.ibidem.dum se ad dicta per doctores in dicto. capitulo. que in ecclesiarũ.de constitutio.remittit. Idem voluit idem Feli.in.c.veniẽs. el primo/circa finez.de testibus. Jasson.in repetitione.l.admonẽdi.col. lxxvij. ff.de iure iuran. Crotus de mõte ferrato. in reperi: dicte.l.omnes populi.col.xx.in vigesima secunda conclusione.ff.de iusticia.et iure.

Quamuis absq; causa hoc fieri atq; statui minime posset. vt est textus singularis.in.c. iudicas hermanum.iij.q.ix.quem textuz dixit singularem. Roma.hoc idem per illum textum affirmans.in singulari. dccvij. incipi. An Papa/vel Imperator. Feli. in.c. constitutus.col.ix.de rescriptis.ꝛ in dicto.c. humilis.col.fi.de maiorita et obedien.

¶ Sic etiam ex causa quod die dominico quis artem suaz exercere possit: potest summus pontifex dispensare.c.licet. cum similibus de ferijs. Et tamen iure diuino et ex domini precepto/quilibet sabbata sanctificare tenetur. vt scribitur. Genesis.c.ij. Exodi.c. xvj.et.c.xx. Leuici.c.xxiij. Numeri. xxviij. et Deuteronomio.c.v.

¶ Sic et cum aliquo circa modum dicẽdi officiũ potest etiã summus pontifex dispensare: licet ex toto illud tollere non possit: vt per panor et doctores.in.c. primo.col.ij.in vltimo notabili.et in.c.fi.de celebratio. missarum.ꝛ per Cardina.post alios per euz relatos.in Clementi.prima.in.vj.notabili: eodem titulo. Et tamen scriptum est.psalmo. cxviij.septies in die laudem tibi dixi.

¶ Et in decimis etiam et super decimis nõ soluendis talis ex causa permittitur dispensatio.c.a nobis.c.ex parte cuz similibꝫ ꝛ ibi notãt doctores de decimis. Et tamẽ decime sunt ex diuini iuris precepto soluende.c.ecclesias.§. his ita.xiij.q. prima.c. reuertimini.et.c.decime.xvj.q. prima.c.primo.c.tua nobis.de decimis. cum similibus traditis p Philip.deciũ.in cõsilio.cxij.vol. primo. ¶ Sic etiam in quamplurimis alijs casibꝫ potuit et potest summus pontifex dispensare. Quos prolixitatis euitande causa nõ referimus: cum quamplures referat et ponat Joannes de selua in suo tracta de iure iurã. in quarta parte principali.

¶ Sed vt superflua omittamus concludendum est: summũ pontificem potuisse et posse in his que de iure diuino existunt ex causa dispensare.ꝛ quamuis in totum ius diuinũ non possit tollere: potuit tamen potest ꝛ poterit ex causa illud moderare interpretari/ declarare atq; limitare. vt communiter cõcludunt doctores.in.d.c.primo.et.c. que in ecclesiarum.de constitutio.ꝛ in.c.post translationem de renuntia.et in.c.ex parte el primo de officio. delega.et in.c.litteras. de restitutio.spolia. Vincen. Joãnes Andre.panor.et communiter omnes.in.c.proposuit. de concessio.prebẽ.ꝛ in.c.a nobis.post.glo. ibi in verbo exemptus. de decimis. et in.c. cum ad monasterium.de statu monachoꝝ. et in.c.gaudem.de diuortijs.et in.c.perv enerabilem.qui filij sint legiti.ꝛ in.c.sunt quidam.xxv.q.prima.et in regula actus legitimi.de regu.iuris i.vj.Bar.in probe.ff.col. vi.ꝛ in.l.Ex hoc iure.ff.de instiꝛ iure.idem Bar.et communiter doctores in.l.omnes populi eodem titulo.et in.l.rescripta. C.de precibus. Impera.offren.et in.l.fi.C.si cõtra ius vel vtilitatem publicam.et in.l. prima.ff.de constitutio.princi. Alberi. de rosate.in prima parte statoꝝ.q.vij. Bal.in.auc. ad hec.C.de vsuris.et in.l.prima.C.de iure aureorum.anul. Alex.in consilio.cxlix. incipi.pro inuestigatione.col.iij.vol.ij.et in consilio.clxxxiij.incipi.perspectis verbis. in finalibus verbis.vol.v. Socci.in.d.consilio. xxviij. vol.primo. Philippus comens.in consilio. clxxix. incipi. quamꝝ. col.ij. vol. iiij. Feli.in.c.postulasti. col. xv. versicu.tertius casus.de rescriptis.et in.c. humilis. de maiorita.et obedien. Franciscus de curte in cõsilio.xix.incipi.viso priuilegio.col.iiij.versicu.aggredior.et in consilio.xx. incipi. sepe numero.in.ij.col. Philippus decius in di

Digitized by Google

cto consilio.cxij.incipi.in presenti consultatione.col.ij.vol.primo.et in.d.c.que in ecclesiarum. vbi moderni multa allegant atq; referunt.de constitutio.

23 ¶In quibus locis/doctores communiter concludunt: summum pōtificem super dictis Apostolorum:et super omnib⁹ alijs iure diuino decisis atq; prouisis/dispensare potuisse. Huz tamen illius dispensatio/ contra veritatem articulorum fidei/vel cōtra essentiam sacramentorum/vel cōtra prima iuris naturalis principia/atq; cōmunia precepta/seu cōtra quasdam necessarias cōclusiones immediate ex iuris naturalis principijs descendentes nullatenus existat.

24 ¶Et ideo notabiliter dicebat.specula. in titulo.de dispensa.§. nunc breuiter. posse in omnibus summum pontificem dispensare in quibus dispositum contrarium expresse non reperitur. quem refert et sequitur. Socci.in consilio.xiij.incipi.presens cōsultatio.col.v.vol.primo.

25 ¶Et predictorū ratio esse potest. Quia cuz in diuina dispositione/et in quacumq; alia legis vt diximus decisione/semper necessitatis/et publice vtilitatis/vel alterius simi lis qualitatis casus censeatur exceptus. Sūmus pontifex in his que a iure diuino prohibentur/ex causa puta necessitatis vel publice vtilitatis vel alia simili causa dispēsando non videtur contra ius diuinum dispensare: Sed potius ius diuinum interpretari: et casum illum minime ibi comprehensum esse declarare. Quo casu/magis secundum diuinam voluntatem/ꝙ contra legis diuine intentionē/decisionem/ atq; determinationem/illud fecisse dicetur.

26 ¶Et propterea summi pōtificis factū/potius dei/quam hominis factum reputatur. vt est textus notabilis.in.c.Sic omnes.xix. distinctio.cum his que in simili tradit. Pa nor.in.c.non est.col.prima. cum similibus. devoto.tvoluit expresse.Bal.in.l.cunctos populos.C.de summa trinita.tfide catho. et habetur.in epistola iter claras eodē titu.

27 ¶Et hoc est quod Origenes. super illud Mathei.xvj. Quodcuq; ligaueris tc.dicebat.Vide(inquiens)quantam potestatē habet petra:super quam edificatur ecclesia: vt etiam iudicia eius maneant firma: quasi deo iudicante per eam.

28 ¶Et ideo recte dicebat Bal.in preludijs feudorum.in.xv.col.nullatenus summo pōtifici/cur ita faciat dici posse. Cum ex diuina voluntate atq; intentione eius factum videamus emanasse. et diuino quodam instinctu processisse.

¶Sicut enim in predictis et similibus casibus parem Immo maiorem dubitationē habentibus/summum pontificem ex causa reperimus dispensasse/et liberam dispēsandi facultatem habuisse:parimodo dicendū affirmandum et concludendum esse nō dubitamus:In gradibus diuina lege prohibitis summum pontificem ex causa dispensare potuisse.Et hoc argumento vtitur Joānes andre.in capitulo.actus legitimi. et capitulo. semel. de regulis iuris. in sexto.

¶Quod argumentuz de maiori adminus in dispensationis materia quando dispensatio est fauorabilis vt in casu nostro/firmuz validumq; in iure reputamus.prout late in decima principali dubitatione monstrabimus.et notat abbas.in.c.per venerabilem per illum textum.qui filij sint legiti. doctores cōmuniter.in.c.ad si clerici.§. de adulteriis.de iudicijs Barba.in.c.Ad aures.col. fi.de rescrip. Philip. decius. in.l. non debet.ff.de regulis iuris.t in cōsilio.lxxvj.col. fi.volu.primo.licet quando dispensatio esset odiosa aliter iudicemus. vt in dictis locis doctores cōcludunt.et tradit Federicus de senis in consilio.xiij.incipi.Monachus. et Ludouicus Roma.in cōsilio. cccxxv.incipi.quo ad primum consultationis articulum.col.ij.in principio. 29

¶Et quod summus pontifex in gradibus diuina lege prohibitis ex causa dispensare possit: voluerunt communiter doctores. in dicto.c.que in ecclesiarum.de constitutio.t in dicto.c.litteras.de restitut. spolia. et in.c. proposuit.de concessio.preben.et in.c. gaudemus.et in.c.fi.de diuortijs. et in.c.per venerabilem.qui filij sint legiti.Vbi panor.in glo.secunda notabiliter dixit. Posse summum pontificem quod patruus neptē suā in vxorem ducat/dispensare:quem refert t sequitur. Joannes crotus de mote ferrato. in Repetitio.l.omnes populi.colū.xiij. post medium.ff.de iusticia.et iure. Et voluit idē Abbas.in dicto.c.litteras. Quam etiā opinionem tenuit. Bal.in consilio. cccclxxvij. incipi.Queritur vtrum.vol.primo.et in.l. prima.col.fi.in quinquagessima.q. de rerum diuisio.et in auctē.incestas nuptias.C.de incestis nup. Lynus et Petrus de bella pertica.in.l.qui cōtra.C.eodem titulo. Alberic⁹.de rosa.in.l.fi. C.si nuptie ex rescript.pe- 30 31

Digitized by Google

tan. Petr⁹ de ancharra. in cōsilio. cccl xxiii. incipi. reuocatur in dubium. Vbi consulit posse summum pontificem dispensare qō vxorem patrui defuncti/ possit nepos eiusdem fratris filius accipere. quem refert et sequitur Barba. in cōsilio. primo. incipi. magn⁹ scripsit. col. xxii. vol. ii. Idem etiam voluit. Augusti. de Ancho. in tracta. de potesta. ecclesie. q. lx. in vltimo dubio. Vbi concludit: summum pontificem ex causa/ In omni affinitatis gradu dispensare posse. Quod quidez secut⁹ est. Guiliel. de Rubione. in quarto sententiaruz. distinctio. xlij. in. ij. q. prime. q. principalis. Ludouicus Roma. in cōsilio. cccvij. incipi. in causa. Jacobinus de ancto Georgio. in. l. si serua. ff. de iure. dotium. Frater baptista. in sua summa q̄ Rosella nominatur. In verbo impedimentuz quintum. Versicu. Queritur vsq; ad quem gradum/ matrimonium prohibeatur. et in verbo papa. in principio. frater Astesanus. in secunda parte sue summe. titu. xvij. de cō sanguinitate. Versicu. Sed nunquid posset ecclesia dispensare. Angelus declamasso. in sua summa. in verbo. Matrimoniu m. in. xviij. impedimento. inquiens quod licet papa iuris diuini impedimēta generaliter tollere non possit: Potest tamen in aliquo casu/ legitima causa subsistente dispensare.

53 ¶ Idem etiam voluit Archiepisco. Florēti. in tertia parte sue summe. titulo. primo. c. xj. §. primo. circa finē. Se (inquiens) a multis viris tam in sacra thologia quam in iure doctissimis audiuisse: dispensatum a summo pontifice fuisse: cum quodam qui Hermanam suam in vxorem duxerat: et hoc vt multa scandala euitaretur: quē si matrimonium predictum minime fieret: oriri sperabantur. talemq; (inquiens) dispensationez sic ex causa factam/ validam firmamq; fuisse. Nō refert et sequitur Siluester de prierio in sua summa. in verbo papa. Versicu. xvij. Alphonsus de montalbo cohispānus noster. foro legum regnorum castelle. libro. tertio. titulo de las herencias. l. finali. in. xv. col. in fine. et Rmus dominus Thomas de vio/ nūc sancte Romane ecclesie Cardinalis theologoruz princeps/ in secunda secunde. q. clxiij. Qui melius quam alius in proposito locutus fuit: et quamplurimorum similia matrimonia que cum summi pontificis dispensatione celebrata fuerūt adduxit.

54 ¶ De Ludouico enim christianissimo gallorum rege apud Archiepisco. Florenti. in tertia sue historie parte. titulo. xxj. c. iij. §. in legim⁹: quos duas ducis burgundie filias summo pōtifice dispēsante in vxores duxit.

55 ¶ Et de illustrissimo Ferdinando iunIore Sicilie citra farum rege/ id iam satis vulgarum reperimus: Quod et ipse cum Joanna patris sui sorore atq; germana/ Alexandro sexto dispensante matrimonium contraxit.

56 ¶ Sic cuz serenissimo Emanuele lusitanie ideſt Portugalie rege/ Quatenus morina serenissima domina Elisabella eius vxore catholicorum regum filia/ ex qua iam masculum heredem habuerat: illius sororem (dominam Mariam scilicet) vxorem ducere dispensatum extitit.

57 ¶ Similisq; dispensatio illustri ducī de Arcos. Nec non domino de elda alias comiti de salinas a sanctissimo domino Clemente summo pontifice/ nunc feliciter imperāte concessa fuit. Nam duas illustris comitis de Urueña filias et sic sorores dictus illustris dux de Arcos vxores duxit: Et duas spectabilis Aragonie Architalassi hoc est Almirātis filias/ dictus comes de salinas sibi in matrimonio iunxit.

58 ¶ Si cuz in predictis atq; similib⁹ cōsanguinitatis atq; affinitatis gradib⁹ iure diuino phibitis/ summū pontificem ex causa inuenimus dispensasse: et secundum communē/ veram/ certam ac indubitatam omniū opinionem/ dispensandi potestatem reperim⁹ habuisse: Multo fort⁹/ multo certi⁹/ multo securius/ multo clarius/ multoq; melius atq; facilius dicendū censeo: in casu nostro/ scilicet quod serenissimus dominus Henricus dictam dominam Catherinam ab illustrissimo quondam domino Arcturo eius fratre absq; liberis predefuncto relictam/ vxorem ducere posset: sanctissimum dominum Julium secundum dispensare potuisse. pre maxime. cum casum istuz minime in re diuino prohibitum/ sed potius tolleratū atq; permissum (vt in prima principali diximus dubitatione) reperiamus extitisse.

¶ Quam opinionē expresse tenuit hostien. in. c. ad audientiā. de sponsa. Tale (inquiēs) cum vxore fratris absq; liberis premortui matrimoniuz/ minime hodie nisi ex summi pontificis dispensatione esse celebrandum. satis aperte innuens/ id cum summi pontificis dispensatione fieri posse: et cum factuz fuerit: sustinendum/ laudandum et approbandum esse.

Digitized by Google

¶ Quod quidem in matrimonio tam cum vxore fratris absq; liberis premortui vt in casu nostro celebrato/voluit idem. Hostiē. Joānes andre. Panor. Prepositꝰ et alij in.c.fi.per totum ibi:vbi est casus expressissimus.de diuortijs. Ibi enim ob nonnullorū infirmitatem ad fidem de nouo conuersorum in matrimonijs per fratres cum relictis fratrum absq; liberis decedentium contractis/summus pontifex dispensauit.

¶ Idem etiam voluit Ange.in.l.fi.C.de incestis nuptijs. Summum pontificem(inquiēs)Quotidie in tali matrimonio dispēsare solitum fuisse.

¶ Et secundum hanc opinionem consuluit Petrꝰ de ancharra.i dicto cōsilio.cccxxxij. col.fi.in fine. Et consuluerunt similiter quidam Londoniēsis.episcopus. Nec nō magister Jacobus/Magister palatij ordinis predicatorum. et Magister Bartholomeꝰ de bononia/ordinis fratrum minorum. Et quinq; alij decretorum doctores. Ballardꝰ videlicet de noua ecclesia/ Junianus thomatij/ Joannes fardiri/Bernardus catbalanus/et Alter Castellanus/Quos refert et sequitur Egidius de bellamera. in consilio.xxviij.incipi.in facto mihi tradito. Nā quamuis predicti duo magistri/et alij quinq; predicti doctores/Nñ frater cum liberis premortuus fuit/dicant atq; affirment/ summum pontificem cum fratre vt vxorez fratris cuz liberis premortui ducere posset: minime dispensare potuisse. Tamen in casu nostro quando frater scilicet'absq; liberis mortuus fuit: non inficiant/ Immo expresse in suo quarto motiuo tenent atq; affirmant:summū pontificem dispensare posse et potuisse. Quartum motiuum(dicentes prout bellamera.in penulti.col.dicti sui consilij refert)sumitur ex predicto.c. deus qui.de diuortijs.quia papa solum ibi dispēsauit in casu quo deꝰ Deuteronomio. xxv. dispensare permisit. Aperte sentientes atq; volentes:quod in casu nostro/quando frater scilicet absq; liberis mortuus fuit: summus pontifex dispensare valuit et potuit.

¶ Hanc etiam opinionem in fortioribꝰ terminis tenuit Martinus de salua Cardinalis/z magister Joānes bacō/in sacra theologia doctissimus. prout Egidius de bellamera in dicto suo consilio refert. ¶ Quam etiam tenuit Anthonius de rosellis in sua Monarchia et tractatu de consilijs.folio. xliij.col.iiij. in principio secundum meam impressionem. Numerando tamen a principio tractatus predicti de consilijs/ et non a principio tractatus. de potestate pape et imperatoris. ¶ Idem etiam tenuit Joannes de turre cremata.in.c. coniunctiones. col.ij.in fine.xxxv.q.iij.in responsione quā facit ad secundam oppositionez.de.c.deus qui/ de diuortijs. Et Nicolaus milis in suo repertorio.in verbo dispensatio. versicu.dispensare potest papa. Et ista est vera/ certa/firma/indubitata/atq; cōmunis omnium doctorum opinio: Aqua in iudicando nullatenus existimo recedendum.

EX quibus omnibus et aliis quā plurimis similibus auctoritatibꝰ q̄ in ꝓposito inueniri atq; adduci possunt(inuictissime Cesar)clarissime/euidenter/atq; notorie patet: summum pontificem in casu nostro dispensandi potestatem habuisse:z sanctissimum Julium secundum cum predictis serenissimis dominis Anglie regibus in matrimonio predicto dispensare potuisse: Illiusq; dispensationem validam atq; firmam extitisse. Cuius firmitatem vt melius ostendere et a fundamentis atq; auctoritatibus pro/contraria parte superius adductis defendere valeamus: ad predictorum fundamentorum solutionem/ interpretationē/ atq; declarationem accedemus.

¶ Sequitur solutio/respō sio seu satisfactio/ad primum partis negatiue fundamentum.

NOn obstat primum pro parte negatiua superius adductum fundamentum/ in quo dicebam. Quod cuz iure diuino relictam fratris in vxorem ducere/prohibitum fratribꝰ reperiatur: vt patet leuitici.xviij.et.c.xx.non potuit summus pontifex super tali matrimonio dispēsare: quia contra ius diuinum(vt ex iuribus et auctoritatibus ibi adductis et allegatis colligitur)nullam summus pontifex dispensandi potestatem videtur habere. Nam huic fundamento atq; dificultati satis clara/ satisq; facilis ex his que in prima principali addu-

Digitized by Google

rimus dubitatione colligi potest solutio. Nunq̄ enim iure diuino relictam fratris absq̄ liberis defuncti in vxorem ducere prohibitum fuit: Sed tale cum vxore fratris absq̄ liberis premortui matrimonium a tēpore legis nature vsq̄ ad ecclesie catholice prohibitionem semper licitum / permissum atq̄ tolleratum extitit. Et propterea leuitica illa dispositio in quantum turpitudinem vxoris fratris in.xviij.capitulo reuelari prohibuit: et in quantum tale cum vxore fratris matrimonium (in.xx.c.) illicitum esse dixit: de fratre viuo / vel cuz liberis defuncto (ne Antiquissime illi gentium consuetudini et obseruantie / et deuteronomio precepto matrimonium cum vxore fratris absq̄ liberis premortui permitrēti / immo expresse illud ita fieri precipienti contradiceret) intelligi debuit. Sicq̄ beatus Augustinus / historiarum magister / Lincolniensis / Rodulphus flauiacēsis / Jacobus de Iusana / Hugo Cardinalis / Alexander de ales / et communiter omnes tenuerunt: dictamq̄ leuiticam dispositionem intellexerunt: et illā cuz dicto.xxv. Deuteronomio precepto vt dixim⁹ concordarunt. Quibus sine dubio in sacrarum scripturarum interpretatione: vt in prima proxima principali etiam diximus dubitatione standuz esse / Sacri canones asserere non dubitarunt. vt habetur. in. c. primo. cum similibus. xx. distinct.

¶ Si em̄ nō iure diuino sed humano tantūm ex ecclesie catholice institutione tale cuz vxore fratris absq̄ liberis premortui matrimonium prohibitum fuit: libere summus pontifex i tali affinitatis gradu / taliq̄ matrimonio ad libitum dispensare potuit.

¶ In his enim que a iure humano et positiuo prohibentur: amplissimam absq̄ alicuius cause expressione dispensandi facultatez summi pontifices habere videntur. vt est. xx. apertus. in. c. proposuit. de cōcessio. preben. et notant doctores. in. c. primo. et. c. que in ecclesiarum. de constitutio. et. in. l. fi. post Glo. ibi. C. si contra ius vel vtilitatem publi. et in. l. quotiens. C. de precibus impera. offeren. et in. l. fi. ff. de constitutio. princi. et voluit. Innocen. in. c. cum ad monasteriuz in fine. de statu monachorum. Specula. in titulo. de lega. §. nunc breuiter. Uersicu. xv. ad finem. Panor. in. c. fraternitati. col. ij. et ibi Joannes de Anania. in prima. colū. de scismati. Petrus de ancharra. in. c. non est. de voto. prepositus. in. c. per venerabilem. §. quod autē. in tertio notabili. qui filij sint legiti. Collectarius. in. c. fi. in fine. de penitē. et remissio. Lardina. in repeti. c. perpendimus. de senten. ex communi. Barba. in. c. nisi specialis. de officio. lega. Nicolaus milis in repertorio suo in verbo dispēsatio. Uersiculo. dispensare non potest papa. Feli. late. in. c. ad audientiam el. ij. col. ij. et. iij. de rescriptis. Philip. decius. in consilio. ccccxxxvj. incipi. visa instructione. col. ij. in fine. vol. iij. et dominus preceptor me⁹ Frā cischinus curtius. in consilio primo. incipi. facti contingentia. in. ix. col.

¶ Duplicem enim summi pontifices habere dicuntur potestatem: Quarum altera est ordinaria: quia ordinarie legib⁹ vtuntur. de qua Isidorus meminit: vt habetur. in. c. iustum. ix. distinctio. et est tex. in. l. digna vox cum similibus. C. de legibus. Altera absoluta / secundum quā omnia iura tollere possunt. De quibus duab⁹ potestatib⁹ meminit. Bal. in repeti. l. ij. C. de seruitu. et aqua. 2

¶ Et propterea dici solet: summum pontificem / priuilegium a sede apostolica concessum / ad libitum tollere posse et reuocare. vt notabiliter voluit. Ange. in. l. Antiochensium. ff. de priuile. creditorum. et notatur p Glo. Anch. Panor. et omnes. in. c. constitutus. in verbo. A quocūq̄. de religio. domi. et in. c. conquestus. in verbo speciali. et in. c. per principalem. ix. q. iij. et in. capitulo ecclesie. decima sexta. q. prima. Bene facit textus. in. c. frater noster Adrianus. eadez questione. et voluit etiam Glo. in. c. decet. de regulis iuris. in. vj. Specula. et Joannes andre. in titulo. de lega. §. nunc ostendendum Uersicu. lvij. et Uersicu. lxxix. Bal. in. l. fi. col. ij. ff. de cōstitutio. princi. et in. l. rescripta. C. de precibus impera. offeren. Alexan. in consilio. cclxj. col. v. et vij. vol. ij. et in consilio. clv. incipi. christi eiusq̄ gloriose matris. col. fi. vol. vj. Socci. in consilio. clvj. incipi. pro fundamento. col. i. vol. ij. et in consilio. clxiij. incipiēti visa Bulla. col. vij. eodem. volu. Thomas parpalia. in repeti. l. placet. col. antepenul. C. de sacrosanct. eccle. doctores communiter. in. c. nouit. vbi per Philippum decium et modernos. de iudicijs. Quidquid Calderi dixerit. in cōsilio. viij. sub titulo. de rescriptis. 3

¶ Hinc notabiliter dicebat ange. i. l. Iutius. ff. de euictio. posse principez ab aliquo rem ex prescriptione seu vsucapione sibi acquisitam auferre. Quia talis acquirēdi modus 4

ab eo fuit inductus. quod voluit etiã. Bal. in. l. fi. in finali. col. Verſicu. Sed immediate oppono. C. ſententiam reſcindi nõ poſſe.

¶ Bene faciunt que notant Ange et doctores. in. l. Item ſi verberatuz. §. primo. ff. de rei vendica. et in. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prediorum. Et que de principe ſpuriũ legitimante/ et hereditatez illis que per aditionem a iure ciuili introductam obtinerunt auferente/tradunt Paulus de caſtro. et doctores. in. l. iij. ff. de teſtamẽ. ꝛ in. l. cum heredes. ff. de acquirẽ poſſe. et in. l. gallus. §. ꝛ quid ſi tantũ. ff. de liberis. ꝛ poſthu.

¶ Et quia an in diſpenſatione ſit cauſa exprimenda: ꝛ an ſi expreſſa minime fuerit/ſit preſumenda: et an tunc diſpenſatio ſit anullanda/ſeu ſuſtinenda: plene infra in quarta principali dubitatione tractabimus: ibidez melius atq; copioſius huius articuli veritatem videbimus.

¶ Si enim in his que a iure poſitiuo prohibentur: libere ſummus pontifex abſq; alicuius cauſe expreſſione diſpenſare potuit: multo melius/multoq; iuſtius atq; facilius/ex cauſa (pacis ſcilicet inter ſereniſſimos Anglie reges conſeruande) dominus ſummꝰ pontifex Julius ſecundus in caſu noſtro diſpenſare valuit.

¶ Quinimmo dato quod talis prohibitio de fratris vxore abſq; liberis premortui a fratre ducenda/non humana ſed diuina exiſtiſſet: Summus pontifex ex cauſa vt late ſuperius diximus in tali gradu diſpenſare potuiſſet.

Non obſtat textus. in. c. litteras. de reſtitutio. ſpolia. Quia ibi nihil aſſertiue atq; diſpoſitiue dicitur: Sed ſolũ facti contingẽtia narratur. Ex cuiꝰ facti narratione/ad iuris et cauſarum deciſionem nunq; licituz extitit arguere. vt eſt. Glo. communiter approbata. in. l. vnica. in tertia lectura. vbi late per. Jaſſo. ꝛ modernos. C. quando non peten. partes. et in. c. auditis. in verbo ex poſt facto ad finem. de electio. et in. c. abbate ſane. §. ſed adhec. in verbo in iudicio. in fine ꝛ ibi. geminata. de re iudica. libro. vj. et tradit. Jaſſo. in. l. ſerui electione. §. fi. col. fi. ff. de lega. primo. et in. l. qui Rome. §. Callimacꝰ. col. iij. ff. de verborum. obliga. Sed quia ex narratione facti/ſuam ibi ſummus pontifex quodammodo fundare videtur intẽtionem: (quo caſu ex verbis narratis idem qõ ex deciſiuis verbis atq; diſpoſitiuis iudicari ſoler: vt in Clemẽti vnica. de probatio. p

quem textum Ita tenet Joannes de imola. in. c. cuz a poſtolica. de his que fiunt a prelato/ſine conſenſu/capituli. quem refert et ſequitur Alexã. in. l. prima. in principio. in. xx. col. ff. de officio eius cui mandata eſt iuris dictio.) Ideo aliter dici atq; reſponderi poteſt: vt ille textus procedat et intelligatur: quando ſummus pontifex abſq; cauſa contra ius diuinum diſpenſauit: quo caſu nec potuit/nec talem abſq; cauſa diſpenſationem facere conſueuit. Cum cauſa vero bene vt late ſuperius diximus/et doctores communiter voluerunt diſpenſare valuit. Quia tunc talem diſpenſationem faciẽdo/nihil contra ius diuinum diſpoſuit: ſed ex cauſa diſpenſando/potius ſecundum diuinam voluntatem proceſſit: et legem diuinam in caſu illo locum non habere declarauit. Et ideo verbum illud non poteſt/in dicto. c. poſitum/potius difficultatem quam diſpenſandi impoſſibilitatem denotauit. vt notabiliter voluit Durãdus. in quarto ſententiarum. Diſtinc. xxvij. in. iiij. q. in fine.

Non obſtat textus. in. c. ſunt quidam et c. omne. cum ſimilibus ſuperius in oppoſituz adductis. xxv. q. prima. Quia vt dictorum iurium verbis colligitur: Iura in reuocatiõe/abrrogatione/caſſatione/anullatione/et legis diuine deſtructione quuntur. Quo caſu nullam in iuris deſtructionem/et fidei derogationem pontifices diſponendi poteſtatem reperiuntur. Nec mirari ſummi[illegible] ces debent: Si talem reuocandi/caſſandi abrrogandi/anullandi/atq; ius diuinum demq; catholicam deſtruendi non habeat poteſtatem. Quia nec [illegible]s deus nature/ſeu euãgelice [illegible] ret. Nam Quamuis [illegible] ſtus in quantum deus/ab[illegible] rationalem creando/legem[illegible] rit: et illius precepta in mente ad Romanos ſecundo ſcripſit[illegible] tum deus et homo legem euacuerit: Et Quamuis quia veritas vtramq; legem tollere ſeu vtra abrrogare: Nunq; tamẽ (etſi hoc teſtatis defectu non repugnet: Deus re et euãgelice legis precepta abrrogamittet: Immo credendum eſt: quod atq; facilius celum et terram dominus mittet perire: quam quod aliquid de [illegible] pris et dictis eius que in euangeliis continentur permittat abrrogari. Quia cum de

Digitized by Google

us precepta sua naturaliter in cordibus hominum vt diximus scripserit: et necesse sit/ quod homines talia esse bona et recta iudicent: Necesse esset si talia precepta in cōtraria mutarentur/seu reuocarentur: vel quod deus condicionem creature rationalis recte se habentis destrueret: vel quod rationalis creatura diuinis preceptis minime concordaret: quod valde absurdum esset: Si enim dominus talia non fecisset: nec fieri permisisset: multo minus summus pontifex eadē facere debuisset. Sed vbi non de reuocatione/ abrogatione/ cassatione/ extinctione/ anullatione/ et legis diuine destructiōe/ sed de aliquali iuris diuini interpretatione/ declaratione/ atq; diuinorum preceptorum dispensatione ex magna causa puta necessitatis/ vel communis vtilitatis/ vel alia simili causa fienda tractaremus: certe summum pōtificem ex causa in his que a iure diuino prohibentur/ dispēsare potuisse ⁊ posse/ dubitare non debemus. ¶ Reuocatio enim ⁊ dispensatio est in aliquibus secundū Petrum de palude in tertio/ conuenire videātur: quia tam reuocatio q̄ dispensatio obligationem precepti tollunt: et quod illicitum erat/ licitum faciunt: In multis tamen differunt. Nam dispēsatio/ in casu tantum ⁊ quoad aliquem vel aliquos precepti amotionē importat: Reuocatio vero absolute quoad omnes obligationis amotionē inducit. Et ideo minus est dispensare quam tollere/ extinguere/ reuocare/ ⁊ anullare. Quia omne totum matus sua parte esse debet. Et propterea prohibitus statuere: non prohibebitur dispēsare. vt moderni repetentes inquiunt ⁊ tradunt. in. l. omnes populi. ff. de iustitia et iure. et in. l. Cēturio. ff. de vulga et pupilari/ substitutione.

¶ Preterea dato non tamen cōcesso quod summus pontifex super his seu in his que a iure diuino prohibentur: dispensare ex causa minime potuisset: illud in his tunc verum esset/ que precisse absolute/ et omni tempore prohibita/ et nunq̄ a domino q̄missa seu tollerata/ nec dispensata fuisse reperirētur. Vbi vero in aliquo casu seu aliquo tempore aliquid quod a domino prohibitum fuerat: permissum tamen seu dispēsatum ab ipso domino aliquando reperiremus: sine dubio summum pontificem ex causa in casu illo sic aliquando permisso et tollerato dispēsare posse minime dubitaremus. vt notabiliter cōcludunt doctores. in. l. omnes popu

li. vbi Joānes crotus de mōte ferrato Idē in sua repetitione tenuit. colūna decima tertia. Versiculo. tertia. conclusio. ff. de iusticia et iure. Nam facilius res ad sui naturam reuerti atq; redire solet. c. ab exordio. xxxv. distinctio. l. Si vnus. §. pactus ne peteret. vbi Jasso. nonnulla in proposito satis notabilia adducit. ff. de pactis. et est text⁹. in auctē. quibus modis naturales efficiuntur legitimi. § si quis vero non habens. ibi posteaquam ad ipsam deducens naturam. cum similibus. collatio. vj.

Non obstat Quod precepta atq; mādata domini firma/ perpetua/ ac immutabilia/ et per consequens indispensabilia existant. Nam secundum beatum Thomā. in prima secunde. triplex genus preceptorum in lege diuina reperitur. Quedam em̄ sunt precepta moralia/ quedam cerimonialia/ et quedam iudicialia/ in quibus an ⁊ quando possit cadere dispēsatio: quia inferius in solutione et respōsione ad secundū p parte negatiua adductū fundamentū illud plene examinabimus: ad ibi dicēda nos remittim⁹.

Non obstant auctoritates tantorum patrum atq; doctor⁹ superius adducte: ex presse tenentiū atq; affirmantiū summū pōtificem nec contra ius diuinum/ nec in gradibus diuina lege prohibitis dispēsare posse nec potuisse. Quia auctoritates ille procedunt et locum habent: quando summus pōtifex absq; causa vt diximus in gradibus diuina lege prohibitis dispensasset: Quo casu nec talis tunc dispensatio valeret: nec ei foret talia facienti obediendum esset. Nam vt Durādus de sancto Portiano in secundo sententiarum. distinctio. xliij. q. v. scribit: si sola sua summus pontifex voluntate/ absq; vlla causa/ necessitate/ vel vtilitate/ aliquid quod iuri diuino contrarium existat/ prohibuerit: cū tunc precepti sui cōtra dei precepti fuerit: ⁊ limites sue potestatis excesserit: nō esset ei obediēdū. Vt scriptū est. Actuū. v. Obedire oportet deo magis q̄ hoībus.

¶ Talis em̄ dispēsatio que sic a summo pōtifice absq; causa/ necessitate minime cogente/ nec vtilitate cā prouocāte facta fuerit: nō dispēsatio dici/ sed destructio ac dissipatio potius vocari/ noiari/ atq; reputari debuit. vt inquit Albert⁹ magn⁹. sup Lucā. c. vj. et beatus voluit Bernardus. de consideratione. lib. iij. col. penulti. quem referunt ⁊ sequūtur. Joannes Andre. Hostien. panor. et cōmuniter docto. in. c. q̄ in tm̄ de prebē.

Idem panor. in capitulo. Cum a deo. de re ſcriptis. ⁊ in. c. de multa. vbi. Petrus de an charra. In tertia. et penultima columna. de preben. Speculator in titu. de diſpenſatione. §. qualiter autem. In principio. Archidia. et doctores. in capitulo. conſequens. ſſ. Diſtinctio. Barba. in Clementi gratie. columna tertia. de reſcriptis. Philippus decius. in conſilio. cxij. incipi. in preſenti conſultatione. columna ſecunda. volu. primo. Sed vbi et cauſa ſummus pontifex diſpẽſaſſet: abſq; dubio etiam in gradibus diuina lege prohibitis ſecundum magis communem et indubitatam omnium opinionẽ diſpẽſare potuiſſet. dũ tamen eius diſpẽſatio minime contra prima iuris naturalis principia/vel cõmunia precepta extitiſſet: quia tunc aliter dicendum eſſet.

17 NOn obſtat/quod de clericorum eremptione atq; fori priuilegio dirimus. Ri illud eſt verũ et procedere poſſet: vbi ſummus pontifex generaliter in foꝛi et totius ordinis clericorum preiudicium legem vellet condere/vel que in ordinis ⁊ clericorum ſuorem ordinata atq; ſtatuta fuerunt/ deſtruere vellet ſeu abrrogare. Secus vero vbi particulariter clericorum cauſas alicui layco vellet committere. quia tunc bene poſſet laycos in clericorum cauſis ſuos delegatos facere. vt communiter doctores in locis in contrarium allegatis concludunt. et eſt textus apertus. in capitulo. Nemnam ſecunda. queſtione. quarta. et in capitulo ſecũdo. cum ſimilibus. de maioꝛita. et obedien. Quod etiam voluit. Blo. notabilis. in capitulo. peruenit. ſeptima. queſtio. prima. ⁊ tradit Alexand. in conſilio. lxx. incipi. viſo puncto. columna. tertia. volumine quarto.

¶ Uel illud procedit: quando abſq; cauſa ſummus pontifex dictum clericorum primi legium extingueret/tolleret/ſeu anullaret. Secus vero ſi cum cauſa quia tunc ex cauſa bene foꝛi priuilegiuz tollere poſſet: prout Cardinalis. et communiter doctores concludunt: et nonnulla ad iſtius puncti intelligentiam atq; declarationez adducunt. in. c. ſi quis. vbi per Feli. in prima. columna. de maioꝛita. et obedien.

NOn obſtat ratio illa quam ſuperius in oppoſitum allegauimus: dum inter alia dirimus: Quod cum ſummus pontifex deo (qui rex regum et dominus eſt dominantium) longe inferioꝛ exiſtat: non potuit/ nec poſſe debuit contra legem dei diſpenſare. Quia ſi ab eo talis diſpenſatio et diuinorum preceptorum relaxatio fieret: ſui ſuperioris ſtatuta ipſe qui deo inferioꝛ exiſtit ad libitum reuocaret. Et contra dei ſuperioris ſui precepta (quod nullatenus eſt concedendum) diſponeret. Cum vulgatum ſit: Inferioꝛem in ſui ſuperioris legem nullatenus poſſe/ niſi quatenus ſibi ſpecialiter fuerit conceſſum diſpenſare. capitulo inferioꝛ. ſſ. Diſtinctio. capitulo. cum inferioꝛ. de Maioꝛita. et obedien. Clementi: ne Romani. de electio. l. nam Magiſtratus. cum ſimilibus ibidem adductis. ff. de receptis arbitris. Quia huic rationi atq; dificultati/ Satis et ſupradictis reſponſum fuiſſe/ vel reſponſionem atq; ſolutionem ſatis colligi poſſe exiſtimamus. Ut iura ſcilicet precedenta (quando inferioꝛ ſua propria voluntate et abſq; cauſa in ſuperioris ſui legem ſtatuere ſed diſpenſare vellet) intelligam⁹. Quo caſu talem tunc abſq; cauſa diſponendi ſeu diſpenſandi poteſtatem inferioꝛem ipſum habere poſſe negamus. Sed vbi non ſua propria voluntate ſed ex cauſa inferioꝛ in ſui ſuperioris legez diſpenſaret: tunc quod illud inferioꝛ facere poſſet nullatenus dubitamus. 18

¶ Et ideo domini de Rota. concluſione eclxij. incipi. in religioſo. in nouis deciſionibus/notabiliter dixerunt: Poſſe epiſcopũ ex magna cauſa contra ius canonicum etiã conſtitũ ſtatuere vel diſpenſare. Quod etiaz doctores communiter tenuerunt. in capitulo. primo. de conſtitutio. et in capitulo. ſi. de conſuetudi. et in capitulo. quod ſuper his. de maioꝛita et obedien. et in capitulo ſecundo. de probatio. et in capitulo. dilecti el final. de appellatio. Joannes de lignano. in capitulo. atti clerici/ vbi panoꝛ et moderni Idem voluerunt. de iudicijs. Archidia. in capitulo. licet canon. de electio. libro ſexto. Cardinalis. in capitulo. ſtuduiſti. de officio. lega. Alberi. de roſa. in prima parte ſtatutorum. queſtione. ſeptia. Uerſiculo. quid ſi ſtatutum. Baldus. et doctores. in. l. omnes populi. columna tertia. Uerſicul. Sed hic dubitatur. vbi Jaſſon. in tertia. columna. ff. de iuſticia et iure. Idem Baldus. in. repetitione. legis ſecunde. ff. de iureiurando. et in addito. ad ſpeculum. in titulo. de feudis. Ludouicus Roma. et doctores. in lege prima. ff. de iuriſdictio. omni iudi. 19

Digitized by Google

Idem Roma. in consilio. cccxxv. incipi. quo ad primum. in secunda columna. et in consilio. ccccxxviij. incipi. in terminis. in finalibus verbis. Alexander. in Rubrica. columna secunda. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. et in. l. nemo potest columna. prima. ff. de lega. primo. et in consilio. ccxlviij. incipi. perspectis bis. columna. iiij. Versiculo. quinto probatur. volu. ij. Barba. in Rubrica. C. qui admitti. et in consilio primo colum. xvj. vol. iij. Jasson in. l. iij. C. de precib⁹ impera. offeren. ⁊ in. l. nō solū. §. morte. col. xxj. ff. de noui operis nuntia.

10 ¶ Benefacit ter. singularis in. l. si homines ff. mandati vbi procurator generalis ex causa procuratori speciali prohibere potest/ne commissum sibi negociuz attentet. quē ter. vnicū et singularem dixit Bal. in. c. primo. vbi pulchre loquitur vt lite. non contestata.

11 Per quem etiā dixit idez Bal. in. l. si in aliquam circa finem principi. ff. de officio proconsulis et lega. Quod ex causa potest visitator generalis malefactū a visitatore specialī corrigere et emendare.

12 ¶ Alibi dixit idem Bal. in. l. error. C. de iuris et facti ignorātia. posse procuratorem ex magna causa/domini ⁊ sic superioris sui cōfessionem reuocare.

15 ¶ Et ideo notabiter dicebat Cremēsis in singulari. cl. incipi. mādatū. quod licet capitaneus armorum cui a principe mandatum atq; preceptum fuerat vt cum hostibus non preliaretur/ Spreto principis atq; superioris mādato preliando debeat penā mortis vel capitis pati: Etiā si res bñ successerit puta q; hostes vicerit: vt est ter. valdē singularis i lege desertorē. §. in bello. ff. de re militari. tamen vbi ex aliqua iusta causa, talis capitaneus/ principis ⁊ domini sui mādato cōtrauenerit: nullatenus mortis vel capitis pena puniri debuit/ qđ perpetuo menti tenēdum esse dixit: idq; clarissime exer⁹ ille ī verbo ex causa probauit: cuius doctrinaz refert et sequitur Roch⁹ ō curte in. c. fi. col. xxxvj. de consuetu.

14 ¶ Benefacit quod notabiliter dixit Petrus de Besuio in lege quod iussit. quē ibi communiter sequuntur doctores. ff. de re iudica. Sc(inquiens) in questione facti respōdisse. quendam episcopum licite sub pena suo Archiepiscopo precepisse: ne per cōtra ctam seu viam duorum fratrum quorū patrem interfecerat transiret. de quo plenius in sequenti proxima principali dubitatione dicemus.

¶ Alibi etiam dici solet. Quod quamuis iudex penam contra delinquentes a iure cō cōmuni/ statuto/ seu consuetudine ordinata/impositā/seu statutā remittere/minuere/augere/seu alterare minime possit: vt est tertius notabilis in. l. prima. §. Calumniatoribus Versiculo. nam vt papinianus. ff. ad turpilla et in. l. respiciendum in principio. ibi nequid durius aut remissius vbi plene diximus. ff. de penis. Et in. l. ordine cum similibus. ff. ad municipales. Adeo quod si iudici in maleficijs libera esset data potestas/illud intelligendum esset: vt solū data atq; concessa videatur in bis in quibus expressa pena minime inuenitur: non autem in quibus a iure expressa et determinata pena reperitur vt notabiliter dixit paulus de castro. in. l. Certo generi. §. si totus in finalibus verbis. ff. de seruitu. Rusti. predioru. 16

In tantū Quod nec presides prouincie vel Ciuitatum potestates quantumcumq; arbitrium in penis imponendis habentes/ talem penarum alterationem/ diminutionem/ seu compositionem/ facere possent. vt notabiliter dixit. Baldus. in. l. preses. columna secunda. Versiculo. tertio queritur. C. de transactio. quem refert ⁊ sequitur Frāciscus Lucanus. in tracta. de priuilegio fisci. in octuagesimo priuilegio. et Paris de puteo. in tractatu sindicatus. Folio. xxiij. columna quarta. Versicul. potestates. Quod 17
etiam voluit Berthaquinus. in suo tracta. de Episcopo. in quinta parte. in vigesima octaua. questione. folio. quadragesimo nono. Notabiliter inquiens. Quod si Episcopus vicario suo super delictis licentiam cō ponendi concesserit: talis concessio in delictis in quibus pena est arbitraria/ non autem in quibus pena a iure est tarata intelligi debuit. Quod etiam voluit Idem Berthaqui. in eodem tracta. in septima parte. in decima quarta questione. Folio. lvij. Et 18
voluit etiam Bald. in. l. fi. circa finē. C. de probatio. singulariter etiam dicens. Quod pena que certos fines habuit: nunquaz ex probationum qualitate mutari potuit: quamuis quando ex presumptionibus procedit/ pena mitigari consueuerit. quem refert et sequitur. Franciscus bruus. in tractatu. de indicijs et tortura. in sexta. charta. in prima. columna. Hippolitus de marsilijs. in repetitione. Rubrice. columna quinta quagesima. De probation. Immo iudex 19 20

talem penam delinquentibus a iure impo-
ni statutam minuens: infamis iudicari effi-
ci / atq; reputari debuit. secundum. hostiē.
et cōmuniter doctores. in. c. de causis. de of-
ficio. delega. allegāt. tex. singularem. in. l. ser
nos qui in fine. C. ad legē Juliam. de vi pu
blica. de quo exclamat Roma. in singulari.
lxxvij. incipi. veni. dicens hoc vilipēdiū esse
31 legistarum quod hostiensis ante omnes le-
gistas illum textum sciuerit. Et subdens e-
tiam quod iudex penā predictam minuēs /
eadem pena qua reus puniri debuisset: ꝛ ip
se puniri debebit. per textuꝫ singularē. in. l.
nulli hereticorum. in fine. C. ne sanctum ba
ptisma. quem multuꝫ commendant docto-
res. maxime. Feli. in. d. c. de causis. col. vj. et
ibi Philippus decius. in finali. col. de offi-
cio. delega. et in. c. qualiter et quando. §. ad
corrigendos. col. vij. de accusatio. Hostien.
panor. ꝛ doctores. in. c. in Archiepiscopatu.
de Raptoribus. Quod quidem licet ipsi
non allegent voluit etiam Roma. in. l. si ve
ro. in. xxvj. fallentia. ff. soluto. matrimonio.
Paulus de castro. in. l. etsi seuerior. col. pri-
ma. C. ex quibus. cau. infa. irrogatur. Augu
sti. arimi. in additio. ad ange. in tractatu ma
leficiorum in verbo. Quas si nō soluerit in
fra decem. in fine. et facit tex. in. c. licet iusta.
vbi Glo. in verbo penam pecuniariam. de
penis. et in. l. prima. in principio. ff. ad legeꝫ
32 corne. de falsis. Tamen si ex iusta ꝛ legitima
causa iudex a penis legalibus / statutarijs /
seu cōsuetudinarijs recedere voluerit: Be
ne ex causa etsi ipse iferior existat: penas pre
dictas augere / alterare / moderare / seu di-
minuere poterit. vt est text. notabilis. in.
l. quid ergo. §. pena grauior. vbi hoc Bar.
et communiter doctores tenuerūt. ff. de bis
qui notantur in famia. Idem Bar. in. l.
fi. in fine. ff. de recepta. Bar. et doctores.
in. l. hodie post. Glo. ibi. ff. de penis. Bal. ꝛ
doctores. in. l. prima. C. de precibus. Impe
ra. offeren. et in. l. prima. in fine. C. de iura
mento calumnie. et in. l. et si seuerior. C. ex
quibus. causis. infa. irrogatur. et in aucten.
sed nouo iure. C. de seruis fugiti. et in. l. cla
ri. C. de fidei cōmi. et in. c. primo. §. iniuria.
de pace iuramento firman. in vsibus feu. et
in. l. obseruare. §. proficisci. col. penult. ff. de
officio. pro consu. et legati: et in. l. quod ser
uius. vbi Roma. et alij. ff. de conditio. ob
causam. Paulus de castro. Franciscus de
arectio. et doctores. in aucten. hodie. C. de
iudicijs. Innocen. et communiter docto-
res. in capitulo primo. de constitutio. et in.
d. c. de causis de officio. delega. Panor. in.
d. capitulo. nisi specialis de officio. lega. et
in capitulo secundo. de delictis puerorum.
Jacobus de bello visu in sua practica iudi-
ciaria. in Rubrica. de questione et qualita-
te tormentorum. Folio. lxxv. in prima. colūn
na. Ludouico. Roma. in consilio. cccxxix.
incipi. considero. Fulgo. in consilio. cxxiij.
incipi. presupositis. columna fina. Versicu-
lo. ceterum. Paris de puteo. in tractatu sin
dicatus. Folio. vigesimo quarto. columna
prima circa principium. Ange. in tractatu
maleficiorum vbi Augusti. in eius apostil-
lis. In verbo quas si non soluerit infra de-
cem dies soluat cum quarto pluri. colum-
na quarta. Versiculo. quid autem si simpli-
citer. Franciscus de arectio. in cōsilio. cxxxj.
incipi. spiritus sancti gratia. in fine. et in ca-
pitulo. ati si clerici. §. de adulterijs. columna
quarta. in fine. et ibi moderni. de iudicijs.
Alexander. in consilio. lxxv. incipi. habita
super contentis. columna penultima. Ver-
siculo. accedit. volu. primo. Barba. in con-
silio. lxxj. incipi. sapienter. columna tertia. in
fine. volu. secundo. Jasson. in. l. omnes po-
puli. columna. ff. in fine. in prima lectura. ff.
de iusti. et iure. Feli. in capitulo. inquisitio-
nis. columna quinta. de accusatio. Philip-
pus decius. In rubrica. columna secunda.
in secunda lectura. de iudicijs. Hippolitus
de marsiliis. in. l. prima. §. diuus. columna
secunda. ff. ad legem corne. de sicca. et in. l.
prima. §. sed et si quis. columna secunda. ff.
ad legem'. corne. de falsis. et in singulari.
clxxxij. incipi. iudex in fine.

¶ Ex quibus dicebat Baldus. in capitulo 33
secundo. in finalibus verbis. de reudica.
equum quandoq; esse propter casus emer-
gentes leges transgredi. Quod verbū mul
tos assessores defendere solet: qui pro bono
publico quandoq; superiorum leges / statu
ta / atq; consuetudines transgreduntur.

¶ Et in tantum iudex contra superioris le- 34
gem seu statuta potest ex causa dispensare:
quod poterit licentiam portandi arma con
tra superioris statuta portationem armo-
rum prohibentia ex causa alicui concedere.
vt egregie voluit Baldus. in rubrica. colūn
na prima. Versicu. et quādoq;. C. qui admit
ti. Cuius doctrinam pro celebri ꝛ singulari
refert ꝛ sequitur Antho. corseus. in singula
ri. cl. incipi. tēpore pacis. Idem inquies do
minum suū barbariaꝫ tenuisse. in. c. primo.

Digitized by Google

de feriis. Quod etiam licet ipſi non dicant voluit Guiliel. de cugno. in. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de officio preſidis. Bal. in. l. denuntiamus. in finalibus verbis. C. de his qui ad eccleſias confugerunt. allegat. l. fi. C. de Erogatio milita. annone. libro. xij. idem voluit Ange. de arecio. Inſtituta. de bonorum poſſe. in principio. in ſecunda. columna. Socci. in tractatu falleu. in. xxx. regula. in fine. Rochus de curte. in capitulo. fi. colum. xxxvj. circa medium. de conſuetu. Pro quorū opinione ſolitus ſum allegare terrum. in capitulo. ſex differentie. Verſiculo. Hinc de Paulo leguntur. xxiij. queſtio. tertia. Quod qualiter procedere et intelligi debeat dixi late in Rubrica. ff. de priuatis delictis.

¶ Sic etiam iudex omne iuris terminum contra ſuperioris ſui ordinationem atq; teſtationem ex cauſa alterare ſiue minuere poteſt. vt eſt text. ſingularis. vbi Bar. Ange. Alexander. Jaſſo. et communiter omnes. in. l. ij. ff. de re iudicata. et voluit Gloſa. Panor. Antho. et omnes. in capitulo. cum ſit Romana vbi late per Philip. de cruce. columna. quinta. cum ſequenti. de appellatio. et in regula indulti. de regulis iuris. in. vj. et in §. ſanctimus. in verbo viginti. in auctē. de exhibendis reis. collatio. v. et in §. omnē in verbo cautione. in fine. in auctē. de litigio. collatio. octaua. Facit text. in capitulo. paſtoralis. vbi p Panor. Feli. et omnes. de exceptio. et in capitulo. ſi tibi abſenti. de preben. libro ſexto. et in. l. ſiquis aquo fundus. vbi Gloſa. Ange. et doctores. ff. de damno infecto. et in capitulo. cum venuſſent. de eo qui mitti in poſſe. et voluit. Innocen. in capitulo. ad petitionē. de accuſatio. et Panor. in cōſilio. quadrageſimo. incipi. venio ad primum. vbi ad notabilem quęſtionem infert. columna. penul. vol. primo. Et ynus et doctores. in. l. prima. et in. l. fine. pars. C. de dilatio. Barba. in auctē. At qui ſemel. C. quomodo et quando iudex. Bal. in. l. ij. per illum. text. Verſiculo. in criminali. C. vt infra certum tēpus. Paulus de caſtro. in. l. ad peremptorium. ff. de iudicijs. Ludo. Roma. in ſingulari. cccclix. incipi. nihil habes. et in conſilio. cccclxxxvij. incipi. diligenter perſcrutatis. in prima. columna.

¶ Et in tantū (vt infinita ſimilia que in propoſito adduci poſſent omittamus) Inferior in ſui ſuperioris legem diſpenſare poteſt: quod etiam / ſi a lege vel ſuperiore diſpēſatio in aliquo caſu prohibita fuerit: nihilominus ex cauſa diſpenſatio admitti debuit. vt notabiliter voluit Abbas poſt hoſtien. in capitulo ſecundo. in vltimo notabili. de maledicis. extradit Philippus decius. in. capitulo. At ſi clerici. §. de adulteriis. colū. vj. in medio. de iudicijs.

¶ Sicut enim inferior contra ſuperioris legem / ordinationem / ſeu ſtatutuz ex cauſa diſpenſare poteſt: ita et ſummus pontifex in legem dei ſuperioris ſui ex cauſa diſpenſare poterit. dum tamen (vt diximus et latius in prorima ſequenti principali ad ſecunduz partis negatiue fundamentum ſolutione dicemus) illius diſpenſatio contra prima iuris naturalis principia atq; communia precepta vel ſtatus admodum anuera minime fuerit.

NOn obſtat illud quod etiam ſuperius adduximus. Scilicet / quod cum caſus noſter / et matrimonium cum vxore fratris abſq; liberis premortui / in Agathenſe cōſilio prohibitum fuerit: non potuit ſummus pontifex contra conſilij determinationem aliquid ſtatuere / tollere / diſponere aut immutare / ſeu quomodo libet diſpenſare. Quia illud procedit et locum habet vbi cauſa abſq; cauſa et ad libitum ſue voluntatis ſummus pontifex contra conſilij ſtatuta aliquid ſtatuere / tollere / vel immutare vellet. Quod quidem minime iuſtum / minimeq; honeſtum eſſet. vt pulchre Damaſus papa. in capitulo. violatores. xxv. queſtio. prima. voluit et ſcripſit. Violatores (inquiēs) canonum voluntarie / grauiter a ſanctis patribus iudicantur: et a ſancto ſpiritu / templum cuius ac dono dicati ſunt: damnantur. Quoniam blaſphemare in ſpiritum ſanctum non incongrue videtur: qui contra eoſdem ſacros canones non neceſſitate cōpulſi / ſed libenter vt premiſſum eſt / aliquid aut proterue agunt: aut loqui preſumunt: aut ſtatere volentibus ſponte conſentiſſe. Talis enim preſumptio manifeſte vanitatis genus eſt blaſphemantium in ſpiritum ſanctum. Quia vt iam prelibatum eſt: contra eum agit: cuius nutu et gratia ſancti canones editi ſunt.

¶ Sed vbi ex cauſa ſummus pontifex contra canones atq; conſilij decreta / ſtatuere diſponere / diſpenſare aut aliquid mutare vel leuare ſine dubio illud facere poſſet.

¶ Papa enim non ita ſacris canonibus ac

ꝫ cõsiliꝭ ordinationibus/decretis siue cõstitutionibus alligatur: quod contra ea aliqd disponere statuere seu dispensare non possit: si expediens/necessarium/ atq; vtile videatur. Potest enim/potuit/et semper poterit in predictis ex causa summus pontifex dispensare: et contra eadem ex causa statuere et ordinare. ¶ Et hoc est quod Innocen terti⁹. in. c. innotuit: ō electo. dicebat. Quãuis (inquiens) canon laterañ cõsilij ab Alexandro predecessore nostro editus/ non legitime genitos adeo persequatur: quod electionem talium inuit nullam esse: Nobis tamen per eum adempta non fuit dispẽsandi facultas: cum ea non fuerit prohibẽtis in tento: qui successoribus suis nullus potuit in hac parte preiudiciu generare: pari post eum/immo eadem potestate functuris.

¶ Hinc dicebat ter. in. c. necessaria. prima. q. vij. Necessaria rerum dispensatione cõstringimur: et apostolice sedis moderamine conuenimur: Sic canonum paternoꝝ decreta liberare: et ea que presentium necessitas temporum in restaurandis ecclesijs relaxanda deposcit: diligenti consideratione quantum potest fieri temperamus.

¶ Hinc etiam Archiepiscꝰ. Remẽ. in libro de Synodis. c. xxvij. dicebat. Nequaq; ecclesiastica disciplina cõsistere posset: si nõ presul apostolicus de canonibus dispensandis/mutandis/seu temperandis illam auctoritatem haberet: nam precedentium patrum statuta/ecclesiasticam disciplinam aliquando non tam instituerent quam cõsunderent: Si nulla ratione a successoribus eorum mutari possent. Cum tamen necessitas temporis nunc minus/nunc seuerius incedendum persuaderet: Quod illuz non latebit: qui precedentium patrum et subsequentium statuta diligenter inuestigare curauerit.

¶ Et propterea Beatus Bernardus ad Eugenium scribens: Romanum pontificem inter alia patrem regum ⁊ legum moderatorem nominabat.

¶ Sic etiã reperim⁹. in serta synodo statutuz fuisse: qõ subdyaconus non minor. xxv. annoꝝ ordinaretur. c. subdyaconus. lxxvij. distinc. ⁊ in Carthaginese Agatheñse et Toletañ cõsiliꝭ circa dyaconoꝝ ordinationẽ/certam etatem/certumq; tempus consideratum et ordinatum inuenimus extitisse. vt habetur. in. c. placuit. et. c. episcopus. et. c. in uetere lege. cum similibus eadem. Distinc. Et tamen legimus omnia predicta a summo pontifice postea mutata fuisse. vt patet. in Clementi. generalem. et ibi per Glo. primã. de etate et qualitate. ¶ Bene facit ter. in. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. et in. c. significasti. cum similib⁹. de electione. Et regula illa vulgatissima. illius esse destruere tollere/et abrrogare: cuius fuit condere et statuere. l. prima. C. de legibus. l. is potest. ff. de acquirẽ here. l. etus est nolle et. l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. c. primo. cum similibus. eodem titu.

¶ Et ideo Leo papa. vt habetur. in capitulo. Ideo. § oportet. xxv. questio. prima. dicebat Oportet primam sedem seruare ea que decernendo mandauit: non necessitate obsequẽdi: sed auctoritate impartiẽdi. Licet itaq; sibi cõtra generalia decreta specialia priuilegia indulgere: et speciali beneficio cõcedere/qõ generali prohibetur decreto.

¶ Sed quid egemus testibus: si enim vt superius numero decimo nono/diximus: episcopus ex causa potest contra consiliꝭ statuta statuere et dispensare: quanto magis summus pontifex hoc facere poterit: potest enim et poterit non solum in his que in generalibus consiliꝭ prohibentur dispensare: verum etiam contra consilia statuere et ordinare: eademq; ex causa tollere et reuocare: vt est communis omnium doctorum conclusio. et traditur per. Glo. Dominicum et doctores. in. c. vbi periculum. § hoc sacro. de electo. libro. vj.

Nec obstat quod ex tali reuocatione atq; summi pontificis dispensatione vniuersalis ecclesie status decolorare tur: supquibus nullam dispẽsandi facultatem summus pontifex vt diximus habere videtur. Quia illud est verum vbi summus pontifex absq; causa contra consilium dispensaret: vel aliqd ex quo vniuersalis ecclesie statꝰ decolorare tur faceret/cõmitteret/disponeret/seu ordinaret: quo casu talis nullius momẽti/nulliꝰ valoris/nullius efficatie esset. Sed vbi ex causa summꝰ pontifex dispẽsaret/nũq; per suã dispensationẽ status vniuersalis ecclesie decolorare tur: quia necessitatis et publice vtilitatis casus semper exceptus in quacumq; dispositione videtur. Et hoc est quod dicebat ter. in. d. c. Et si illa pro contraria parte allegatus. prima. q. vj. vbi aliquando enim pro necessitate vel vtilitate ecclesie mutilantur ⁊ laxãtur precepta. quasi dicerer: quod nunc nullatenus vniuer-

salis ecclesie status decoloratur. Quinimmo etsi vniuersalis status ecclesie decoloraretur: adhuc dispensatio ex iusta causa facta sustineretur. vt notabiliter inquit abbas. et doctores. in.c. significasti. col.ij. Versiculo. Item dic quod in cōcernentibus. ꝛc. de electo. benefactunt que latissime scribit. Barba. in.c. quanto. columna. viij. cuz sequenti. de consuetudine.

¶ Sequitur solutio/ responsio seu satisfactio/ ad secundum partis negatiue fundamentum.

NOn obstat secundum principale pro contraria parte superius adductum fundamētum in quo dicebam: Matrimonium cum relicta fratris aliisq; consanguineis in Leuitica dispositione contentis/ non solum iure diuino/ sed quadam etiam naturali ratione/ quodamq; naturali iure prohibitum extitisse: eo quia omnes illas personas In dicta leuitica decisione cōtentas naturalem quandam interse amicitiam cognoscimus habuisse. Et ideo horrēdum/ abominabile/ execrabile/ indecens/ ac inhonestum ad easdem accedere/ earumq; turpitudinē reuelare semper fuisse. Cūmumq; pōtificem super hoc minime dispēsare potuisse. Quis huic dificultati facilis etiam potest esse respōsio. Nam quamuis in tali cōsanguineorum atq; affinium coniunctione quedam horror/ quedamq; indecentia cōsideretur: non tamen ob hoc inferre debemus: matrimonium cum vxore fratris abscq; liberis premortui aliisq; cōsanguineis (¶ Exceptis tamen parentibus) naturali iure prohibitum extitisse. Nam si talis prohibitio vere naturalis atq; moralis esset: nullo vnq; tempore cum vxore fratris premortui aliisq; consanguineis contrahere licuisset. sed cum hoc aliquando licitum Immo preceptum fuisse reperiamus: vel tutius in prioribus principali dubitatione diximus: merito tale cōiugium naturali iure esse prohibitum dicere non debemus. Nichil enim turpe aut naturaliter inhonestum (vt beatus in prologo super Oseam testatur Hieronymus) dominꝰ ipse precepit. Quod vt ecclesiastici. xv. scribitur: nemini impie agere mandauit: nec vnquam auctor mali secundum Augustinuz extitit. Et ideo si naturali ratione horrendum/ abominabile/ execrabile/ indecens atq; inhonestum tale coniugium esset: nec dominus quod frater vxorem fratris abscq; liberis premortui ducere teneretur precepisset: nec quod inter fratres atq; sorores/ alioscq; cōsanquineos matrimonium esse posset/ permisisset. ¶ In cōiunctione enim personarum coniunctarum (vt beatus Thomas secunda secunde. questione. clxiij. articulo nono. in respōsione ad tertium scribit:) Aliquid est quod secundū se est indecens ⁊ naturali rationi repugnās: Sicut est inter parentes et filios commixtio: Quorum est per se immediata cognatio. Et iste sole persone/ ex naturalis reuerētie ratione/ ad matrimonium interse cōtrahendum inhabiles penitus efficiuntur: et a tali commixtione totaliter excluduntur. ¶ Quorum coniugium adeo natura abhorruit: quod non solum rationabilibꝰ sed irrationabilibꝰ etiam animalibꝰ quandam filiorum ad parentes reuerentiam/ quendāq; commixtionis horrorem ipsa natura prebuit. ¶ De Equo enim philosophus in libro. viij. de animalibus refert: quod cū deceptus et cohopertus ad matrem portaretur: vt cum ea commisceretur: matre cognita/ quasi pre honore se ipsum precipitauit. ¶ Et de Camelo etiam narrat. Quod cuz supra matrem suam coopertam saltasset: et postea matrem cognouisset: ingeniatorem suuz interfecit. ¶ De Quodā ēt alio equo Joannes lupus Segobiensis decanus cohispānus noster i suo tractatu. de matrimonio et legitimatione. Versicul. que sunt que impediunt matrimonium refert/ et inquit se a fide digna persona audiuisse: quod cuz in Betreb seu Bandalie prouincia/ quedam equa alias pulchra esset: equuz illius filium pulcherrimum vt cum matre sua coiret dominus eius adduxit. Qui cum equā matrem eius equus esse cognosceret: et ob hoc coitum refutaret: patronus vterq; ambobus generationem haberet: equum sic et taliter fraudauit. Nam aliam equam ibidem venire fecit: que cum cooperta apud equuz staret et equus illam eius matrem non esse videret: ese ad coitum incitaret: in continēti dominus illius matrem in eodem loco

posuit: cum qua equus deceptus coiuit. Quo coitu facto/ astantes fecerunt quod equus matrem eius videret: qui cum matrem esse cognosceret: turbatus valde/ inclinato capite/ cum dentibus in omnium presentia sibi genitalia abscidit.

8 ¶ Super tale igitur patris et filie/ matris ꝛ filij matrimonium/ cum sit quid secundum se et de se indecens: vere ac pure naturali rationi repugnans: nullatenus ex quacūq causa potuit/ nec vnq̄ poterit dispensari.

9 Adeo quod si omnes huius mundi homines tam masculos quam feminas mors cōtingisset: et solus pater cum filia et filius cum matre remansisset: nullatenus quod pater cum filia/ vel filius cum matre/ etiam propter commune bonum et humane speciei conseruationem contūgi possent: dispensari potuisset. Sed tunc ad dominum deum nature autho:em/ cui conseruandarum specierum cura incumbit: et qui in necessarijs vnquam defecit: deuote recurrendum esset. Qui congruum remedium adhibebit: prout diuinij tempore dominus ipse adhibuit.

10 Nam quando deus vt Genesis. c. vj. scribitur: omnem carnem interficere/ et vniuersa que in terra erāt/ ab homine vsq̄ ad animātia/ et a reptili vsq̄ ad volucres celi consumere atq̄ delere decreuit: non solum Noe cum vxore et filijs/ Sem scilicet/ Cham et Japhet Arcam ingredi iussit: Sed et filiorum vxores quas vt sibi aliqui referunt: tūc filij nouiter acceperunt: cum eisdem ꝓpter humane speciei cōseruationem introiri precepit. Necessarium enim erat/ quod predicti filij/ vxores sibi tunc temporis accepissent: et qō ipse salue remansissent: quia alias cum ipsi ad matrem accessum habere non possent: nullatenus humanam speciem cōseruare/ et humanum genus aliter multiplicare potuissent.

11 ¶ Et propterea quia parentum et filiorum coniugia/ a natura horrenda atq̄ inhonesta vt diximus semper fuerunt: nullatenus filie Loth quando patrem inebriarunt: et cum ipso dormierunt: ab incestu (Genesis. xix.) excusari potuerunt: nec talia coniugia vnq̄ dispensari valuerunt.

12 ¶ Est enim iudicio meo/ preceptum istud de filijs scilicet a matribus/ et filijabus a parentibus non ducendis et econtra/ tra primis iuris naturalis principijs propinquū: quod de eodem sicut de primis principijs atq̄ cōmunibus preceptis iudicari debet.

13 ¶ Nam vt Albertus magnus sup Ethi. et beatus Thomas. in prima secunde. q. C. scribunt. Quedā sunt sicut principia prima aut communia precepta/ que absolute ꝛ natura considerata/ iusta sunt: vt pote que formem iusticie continent et virtutis. Que vt Aristo. Ethicorum quinto scribit: semper et vbiq̄ eandem potentiam idest iusticie vigorem habent. Sicut est medium tenere: rectitudinem seruare: quod sibi quisquam vult fieri/ alijs facere: et nemini iniuriaz inferre. Et quedam sunt: que vt conclusiones necessarie immediate ex iuris naturalis principijs eliciuntur atq̄ descendunt. Et iste/ ita iuris naturalis principijs sunt propinque: quod fere ita se offerunt intellectui sicut ipsa principia: vt deum esse venerandum: parentes esse colendos: et cetera decalogi precepta. In quibus nulla posset fieri dispensatio: nec patris et filie/ matris et filij dispēsatione aliqua validari posset coniunctio. Sicq̄ in casu isto verificari atq̄ procedere poterit nostra predicta secunda principalis p parte negatiua adducta superi⁹ obiectio.

14 ¶ Sed cum alie persone tam consanguinitate quam affinitate coniuncte/ in dicta lenitica dispositione contente (vt beatus idem Thomas secunda secunde. q. cliiij. articulo. ij. scribit) non secundum se ipsas sed per ordinem ad parentes cōiungantur: non ita ex se ipsis tantam inhonestatem atq̄ deformitatem earum coniugia habere videntur: qō naturali iure prohibita reputentur. Quia non de se/ sed per accidens idest alterius persona mediante/ reuerentiam atq̄ honorem consequuntur: et consanguinei/ amici/ propinqui/ atq̄ affines efficiuntur. Et ideo

15 precepta illa consanguineorum atq̄ affinium coniugia vetantia/ et si naturali quadam ratione facta fuisse videantur: potius iudicialia quam moralia reputantur. Quia hec nō de primis et communibus iuris naturalis principijs/ nec de conclusionibus propinquis a iure naturali necessario descendentibus existūt. Sed de conclusionibus remotis iuris naturalis esse videntur. Que secūdum diuersitatem temporum/ locorum et negociorum propter naturam rerum agibilium aliquando variantur. Et talia Albertus magnus. Ethicorum. libro. v. Iusta naturalia vocat: quia non absolute sed cum aliqua dispositione naturam ipsam respiciūt. Et ideo secundum aliquas hominum et tēporum dispositiones mutantur: et dispen-

Digitized by Google

sationem atq; moderationem patiuntur.
¶ Et quod talia. Leuitici prohibitiua precepta nullatenus de iure naturali fuerint: sed quibusdam casibus vt diximus exceptis potius iudicialia quam moralia esse videantur: clare beatus Augustinus/beatus Hieronymus et communiter scribētes de quibus superius in precedēti proxima principali dubitatione mentionē fecimus voluerunt: dum talia sororum/fratrum/aliorūq; consanguineorum coniugia/in lege nature permissa fuisse affirmarunt: et dum Abraā qui cum sorore sua cōtraxit: aliosq; permultos i similibus cōsanguinitatis gradib⁹ eo tempore contrahentes excusarunt.
¶ Idem etiam voluit Hugo Cardinalis quem Alexander de ales in tertio refert sententiarū. q. xxvij. articulo. iij. §. ij. et ipse Alexander tradit. q. xxxv. in sexto principali mēbro. et in secunda parte sue summe. q. clxx. in secundo membro. Duas (inquiens Hugo) personas institutio excepit: scilicet patrem et matrem. Venit postea institutio secunda que per legē facta est: et excepit quasdam personas alias: siue ad decorem nature/seu ad pudicitie augmētum. Tunc cepit ex prohibitione esse prohibitus: quod ex natura fuerat concessum.
¶ Quod etiam beat⁹ voluit Bonauētura inquarto sentētiarū. Distinctio. xl. in. iij. q. vbi etiam Ricardus de media villa et ceteri idem voluerunt. In principio (inquiēs) in constitutione matrimonij in lege nature due excipiebantur persone: scilicet pater et mater. Geneſis. ij. relinquet homo patrem et matrem. ꝛc. post processu temporis/in lege fuerunt plures excepte: sicut patet Leuitici. xviij.
¶ Idem etiam tenuit ibidem Guilielmus de rubione. in prima. q. in fine. Quinta (inquiens) et vltima conclusio est: quod in lege nature statim in principio humani generis/nullus consanguinitatis gradus linee transuersalis impediuit matrimonium contrahendum. Constat enim quod filij Ade contraxerunt cum sororibus: et contrahere licite poterant: immo necessario sic facere tenebantur. cū alie mulieres tunc non essent/cum quibus contrahere possent: et ipsi ad actum carnalis copule virtute illi⁹ precepti Crescite et multiplicamini/existerent obligati. Sed nullus est in linea trāsuersali maior seu immediatior consanguinitatis gradus quam sit inter fratres et sorores: ergo nullus gradus consanguinitatis linee transuersalis/fuit tunc impedimentum nec esse potuit ad matrimonium contrahendum.
Et quo sequitur corollarie/quod matrimonium esse inter consanguineos secundum lineam trāsuersalem quantumcumq; propinquos/puta inter fratres et sorores/non est simpliciter contra ius nature. Quoniā omne tale videlicet quod est contra ius nature seu dictamen rationis recte fuit illicitū quo cūq; tempore: sed matrimoniū inter fratres et sorores/non tantum in principio non fuit illicitum: immo etiam extitit ad salutem necessarium quia preceptum. hec ille.
¶ Et voluit etiā Durādus de sancto Portiano. ibidem. q. prima. Versiculo. quatum ad secundū. ꝛc. Consanguinitas (inquiēs) secundum lineam ascendentium et descendentium impedit de iure naturali matrimonium quo ad omnem gradum. Consanguinitas vero secundum lineam collateralem impedit de iure matrimonium.
¶ Idem etiam voluit Thomas de Argētina. distinctio. xli. et. xlij. articulo. iiij. cōclusione. ij. Conclusio (inquiens) secunda est: Quod homines non baptizati extra christianam fidem degentes/possunt contrahere verum matrimonium infra graduz christianis prohibitum. Quia tales vel sunt iudei innitentes legi a domino date p Moysen: vel sunt gentiles innitētes legi nature. Si sunt iudei tunc possunt contrahere In tertio et quarto gradu. vt patet Leuitici. xviij. vbi solum per legem ipsis datam prohibentur in primo et secundo gradu. Si gētiles solummodo innitentes legi nature/tūc verum matrimonium contrahunt in secundo gradu. Quia quamuis lex positiua hoc prohibeat: tamen lex nature hoc non videtur prohibere. Nō bene patuit in antiquis patribus qui legem mosaycam precesserūt. Subiungens etiā. Consanguinitas in gradibus predictis/non impedit matrimoniū perse vel secundum se: sed soluz ratione statuti ecclesie vel legis Mosayce. Nam secūdum legem nature/proles nō prohibetur cuntrahere nisi cum stipite sicut dicunt aliqui magni doctores: quia contra omne dictamen recte rationis semper fuit: quod filia esset vxor fratris: vel filius esset maritus matris. Et ideo filie Loth peccauerunt contra legem nature/quando patri suo inebriato se suppoſuerunt. Sed Abraam non peccauit/quando sororem suam

17

in vxorem duxit. Non enim peccauit cōtra legem scriptam: quia non dum erat lex scripta/ que hoc postea phibuit. vt patet. Leuitici. c. xviij. Nec etiam aliquomodo putandum est: quod vir tante perfectionis cōtra legem nature peccauerit. Quod vtiq; fecisset: si accipere sororem in vxorem/ contra legem nature fuisset. Hec ille.

¶ Quod etiam voluit Cōmestor̄ historiarum magister/ Nec non Petrus blesensis in Epistola. cxvj. de quibus in precedenti proxima principali dubitatiōe. Folio. vij. col. prima. mentionem fecimus. Et alij quā plurimi idem voluerunt: quos pro nūc pro lixitatis euitande causa non referimus.

¶ Patet enim et clarissime ex predictoꝝ aliorumq; doctorum dictis colligitur: tempore legis nature/ solummodo patris et filie/ matris et filij matrimonium prohibitū extitisse: Cum reliquis vero personis permissum licitumq; fuisse. Et propterea diuina illa leuitice legis precepta/ respectu fratrum atq; sororum aliarumq; personaruꝝ/ Idest inquantum lex ipsa/ predictas personas matrimonium cōtrahere posse iusta ratione vetuit: nō moralia simpliciter: (Quia moralia precepta/ de iure naturali extitūt:) Sed iudicialia reputantur: cum in lege nature minime prohibita talia predictarū personarum coniugia videantur. Que iudicialia cum hodie non ligent: nisi quatenus ab ecclesia assumpta fuerint: Summi pontifices secundum communem doctorum opinionem in omnibus consanguinitatis gradibus/ (exceptis tamen parentibus atq; filijs) ex causa vt diximus dispēsare poterint. vt notabiliter etiaz voluit Augusti. de Ancho. In sua summa ecclesie. q. liij. articulo. quinto. Et subtilissimus omniuz theologorum et nostri temporis princeps/ domin⁹ Thomas de vio Caietanus/ sancte Romane ecclesie Cardinalis. In suis diuinis cōmentarijs super beatum Thomam/ secunda secunde. questione. cliij. articulo. ij. in responsione ad tertium vsq; in finem.

Non obstat/ quod iam talia consanguineorum atq; affinium coniugia etiam ante legem scripta/ his qui in lege nature viuebant/ Execrabilia atq; abominabilia esse dicebantur. Quia illud quod dominus in dicto decimo octauo et vigesimo leuitice legis capitulo de execratione atq; abominatione dixit: Non ad omnes casus in dicta leuitica dispositione contentos et expecificatos/ sed ad id tantū qō naturali iure horrēdū/ execrabile/ et abominabile erat: referendū esse debuit. Prout fuit ad proximā sanguinis accedere: Patrē vel matrem/ filiuz vel filiam ducere: Uxz vxoris proximi et matrime fratris coire: Cū masculo femineo coitu commisceri: Et cum pecore rem habere. Isti enim casus semper et omni tempore veteri/ prohibiti/ execrabiles/ atq; abominabiles extiterūt: ceteri vero permissi vt diximus in lege nature fuerunt. Et propterea Petrus de palude quem superius in oppositum adduximus/ non ita absolute et generaliter oēs illos casus ibi expressos et numeratos/ naturali iure prohibitos esse affirmauit: sed fere oīnes et sic modificatiue prohibitos esse dixit. Nam preceptum de vitāda muliere menstruata ibi positum/ secundum beatum Thomam in quarto/ etsi partim morale extiterit: partim tamen iudiciale fuit. Et hoc est quod domin⁹ ipse Leuitici. xviij. c. dicebat. Facietis iudicicia mea: et precepta mea seruabitis: et ambulabitis in eis. Custodite leges meas atq; iudicia. etc. Et. c. xx. Custodite leges meas atq; iudicia et facite ea: ne et vos euomat terra quaz intraturi estis.

Non obstat illud quod de verbis generalibus diximus: Quia imo verba generalia seu generaliter prolata non semper generaliter sunt intelligenda: sed ab expecificatis intellectum/ interpretationem/ atq; declarationem aliquando recipere debent. vt est tex. notabilis. in. l. quotiens. quē adhoc notat et commendat. Bal. C. familie herciscunde. Idem. Bal. in. l. finali in fine per illum tex. C. de heredita. vel actio. vēdi. quem refert et sequitur Jasson. in. l. si cōuenerit. col. ij. in principio. ff. de iurisdictio. omnium iudi. Quinimmo talia generalia verba semper restrictionē/ habilitationez/ atq; moderationem quandam recipiunt. l. prima. vbi per. Glo. et doctores. C. de sacrosanct. eccle. l. et qui vxores. ff. de adoptio. l. ij. §. pretor ait. Uersiculo. Quod ait pretor. ff. qui satis dare cogan. l. prima. In principio. ff. ad legem falcidiam. l. Ut gradatim. Uersiculo. et si lege. ff. de mune. et bono. notat. Glo. Bar. et doctores. in. l. prima. in verbo vtilem. ff. de eo quod certo loco. doctores latissime. in. l. prima. §. nuntiatio. ff. noui operis nuntia. et in. l. penulti. C. qui admit-

18

19

10

12

ri et in.§. Sed hec solēnia cum similibus in stitu de verborum obliga.

NEc obstat etiam quod pariformiter determinanda sunt/que in vnica vel sub vnica oratione ponuntur. Quia illud non procedit nec locum habet quando diuersa in quibusdam ratio reperitur vt notabiliter voluit Benedictus de plombino.in.l.si ita scriptum per illum tex.ff.de manumi.testamen. Joannes de Imola in.l.gayus. ff. soluto matrimo. Alexā.et doctores in.d.l. Jā hoc iure.ff.de vulga ⁊ pupi. Quos refert et sequitur dominus preceptor meus franciscus Curtius in.d.consilio.v. incipi. facti contingencia sic se habet col.xxiij.in principio.

NEc etiā obstat. Quod ad Corinthios primo.c.v.in principio beatus scripsit Apostolus. Quia vt in prima principali:et prorima. folio.xiij. col. prima in principio. diximus dubitatione: de patre viuo illius dictum intelligi debuit. Jā patre mortuo vt late superius diximus/ Mouercam ducere licitum fuit: Quod si aliquando minime licuisset:nequaq̄ Apostolus talem abusum vnq̄ intergentes factum fuisse affirmasset. Uel aliter dici potest quod illud dictum Apostoli potius de fornicatione que semper prohibita fuit:q̄ de matrimonio qđ aliquando cum nouerca licitū atq; permissum extitit/intelligi potuit et debuit.

NOn obstat.lex. Eum qui probabilem C.de episco.et clericis. Quia ibi nulla tenus fratrum atq; sororum aliorumq; consanguineorum matrimonium improbatur: nec quod inter fratres atq; sorores aliosq; consanguineos naturali iure matrimoniuz prohibitum fuerit affirmatur:sed tantū dicitur. Quod exparentum ⁊ filiorum/fratrū atq; sororuz cohabitatione/nihil seui criminis naturale fedus suspicari permittit/ nec suspicatur. Et eodem modo ad textum.in.c cum inuenture de presumptio.et in.c.penul. de cohabita clericorum et mulieruz respondetur. Uolum enim iura illa. Quod inter fratres atq; sorores simul cohabitantes incestus crimen/et sic carnalis copula ex tali cohabitatione non presumatur. Quia cuz talis coitus semper naturali iure vetuꝰ fuerit:non est presumendum Quod tam graue sceluꝰ inter eos perpetretur et cōmittatur.

NOn obstat tex. in. aucten. de incestis nup.in principio.collatio.ij. Quia secundum.glo.ibi in verbo illicitas/singula singulis referri debēt.scilicet vt ille incestuose atq; illicite nuptie dicantur: que inter cōsanguineos atq; affines celebrātur. Ille vero nepharie et naturali iuri contrarie videātur:que inter ascendentem ⁊ descendentem patrem scilicet et filiam/matrem ⁊ filiuz cōtractantur. 74

NOn obstat quod vltimo loco dicebaz Quod cum ius naturale sit perpetuū et immutabile:nullā supra ius naturale dispensandi potestatem summus pontifex videtur habere. Nam vt superius secundum Albertum magnum super Ethi.⁊ beatum Thomam in primā secunde diximus: Que dā prima naturalis iuris sunt principia atq; communia precepta:que absolute ⁊ natura ipsa considerata iusta sunt:vt pote que formam iusticie continent et virtutis.que (vt Aristo Ethicorum.v.scribit) semp ⁊ vbiq; eandem potentiam et iusticie vigorem habent Et quedam sunt vt conclusiones necessarie immediate ex iuris naturalis principijs descendentes. Que adeo primis naturalis iuris principijs sunt propinque:quod ita de ipsis sicut de primis principijs iudicari solet vt deum esse venerandum ⁊ cetera decalogi precepta: Accepta et considerata secundum intentionem precipientis. Et ista in tantum sunt immutabilia / et per consequens indispensabilia:quod nec deus talia vnq̄ mutauit/nec mutabit: Nec in talibus dispensauit nec dispensabit. Est enim lex nature participatio quedam legis eterne mētibus hominum impresse. Et ideo cum lex Eterna(secundum beatuz Augusti.in.xxij. libro contra faustum) sit quedam ratio vel voluntas diuina ordinem naturalem conseruari iubens:et pertubari prohibens. Et sit transcripta in animam rationalem ex ineffabili atq; sublimi rex administratione/q̄ fit per diuinam prouidentiaz secundum cūdem beatum Augustinum.in. lxxiij. libro questionum suarum.q.liij.merito non solū homo/verū nec deus in tali natura lege dispensabit Est enim deus fidelis: vt beatus Paulꝰ ad timotheū.ij.c.ij.scribit:⁊ seipm negare non potest Et propterea. tex. in. c. primo.v.distu.dicebat Naturale ius inter omnia primatum obtinet tempore et dignitate cepit enim ab exordio rationalis creature:nam nec variatur tempore:sed immutabile semper permanet. ¶ Et hoc est quod 75 76 77 78 79 80

Digitized by Google

beat⁹ Isidorus dicebat: prout habetur. in. c. fi. ꝯ his tra. vj. distinc. Moralia (inquiēs)
31 mandata ad naturale ius pertinēt: atq; ideo nullā mutabilitatē recepisse mōstrantur.
¶ Quibus nullatenus illa dispensatio que
32 a domino facta fuit/ obstabit. Quādo scilicet Egyptios. Exodi. c. iij. spoliari iussit. Vbi nihil contra predictum ius naturale/ de calogiq; preceptum dōs quicq; fieri mandauit. Prohibitio enim furti tunc ad decalogum et ius naturale pertinet: quando res furtiua/ aliena a suscipiente existeret. Ubi vero ipsius accipientis esset: tūc rem suam occupās atq; accipiens: nec furtum ipse cōmitteret: nec quicq; contra ius naturale atq; decalogi preceptum faceret. Deus enim filijs Israel asportationem rerum Egyptiorum precipiendo: non furtum committi precepit: Sed cum ipse sit dominus omnium/ Res Egyptiorum propter eoꝝ malitiam/ et propter seruitiū quod a filijs Israel ipsi receperant/ ꝛ illorum bona in filios Israel trāferri voluit: et ea a filijs Israel capi/ secūq; portari iussit: Quod quidem facere potuit. Et hoc est Quod in libro questionum suarum beatus dicebat Augusti. et habetur. in capitulo. dixit dominus. xxiij. q. v. Nō hinc quisq; sumendum exemplum putare debet ad spoliandum isto modo proximū. Hoc enim dominus iussit: qui nouerat quid quēq; pati oporteat. Precisraelite furtum fecerunt: sed deo iubente ministerū prebuerūt.
¶ Et pari modo illud nō obstabit: Quod deus Abrae scilicet vt filium suum Genesis. xxij. occideret precepit. Quia cum dom⁹
33 actor sit vite et mortis: nihil contra iusticiā/ nihilq; cōtra ius naturale fieri iussit: Nam sicut deus vitam innocentis/ ministerio nature absq; iniuria aliqua subtrahere potest: Nō quotidie contingit: quia naturali morte omnes tam nocentes quam innocentes/ qui debitores mortis propter originale peccatum existunt moriuntur: Sic ꝛ ad hoc ministerio hominis propter maiorē illius qui occiditur vtilitatem/ vel ppter aliquod melius secundum Utricum in sua summa vti posset. Et ideo beatus de ciuitate dei. libro primo. c. xxj. dicebat Augusti. et habetur. in capitulo. si non licet. xxiij. q. v. Quasdam exceptiones eadem ipsa diuina fecit auctoritas: vt non liceat hominem occidere. Sed his exceptis/ quos deꝰ occidi iubet: siue data lege/ siue ad personam pro tēpore expressa iussione. Non autem ipse occidit qui ministerium prebuit iubenti: sicut adminiculū gladius est vtenti. Et ideo nequaq; contra preceptum fecerunt (Quo dictum est/ non
34 occides) qui deo auctore bella gesserūt: aut personaꝝ gerentes publice potestatis/ secūduꝝ ius legis/ hoc est iustissime rationis imperiū/ sceleratos morte punierunt. Et Abraam non solum non est culpatus crudelitatis crimine: verum etiam laudatus est nō minus pietatis: quod voluit filium nequaq; sceleratē sed obedienter occidere. hec ille.
¶ Minusq; obstare poterit/ illud quod dom⁹ Osee. c. primo precepit. vt scilicet fornicariam sibi vxorem sumeret: et fornicationum filios faceret: Quia non iussit dom⁹ quod adulterium seu fornicationem cōmitteret: nam et illud cōtra ius naturale atq; decalogum esset. Sed quod ex fornicaria/ nō tamen fornicario affectu/ sed sicut ad mulierem ex mandato dei factam suam accedēs/
35 filios generaret. Prohibitio enim accedendi ad fornicariam/ pertinet ad decaloguꝝ in quantum accessus est ad non suaꝝ: potest tamen deus hanc conditionē (scilicet nō suā) auferre: vt sic ad eandem non sit contra decalogum accedere. Et ideo beatus super dicto Osee libro et. c. primo. dicebat Hieronym⁹, ꝛ habetur. in. c. fi. xxxij. q. prima. Nec culpandus propheta interim vt sequamur historiam/ si meretricem conuertit ad pudicitiam: Sed potius laudādus quod ex mala bonam fecerit. Nō enim qui bonus per-
36 manet: ipse polluitur si societur malo: sed q̄ malus est in bonum vertitur: si boni exempla sectetur. Ex quo intelligimus non ppbetam perdidisse pudicitiam fornicarie copulatum: sed fornicariam assumpsisse pudicitiam/ quam antea nō habebat. Presertim cum beatus Osee non ob causam luxurie/ non libidinis/ non propria fecerit vōluntate: sed dei paruerit imperio. vt quod in isto carnaliter legimus: in deo factum spiritualiter probaremus. Hec ille.
¶ Quedam etiam sunt de iure naturali nō
37 sicut prima iuris naturalis principia/ atq; cōmunia precepta/ nec vt conclusiones necessarie immediate ex primis iuris naturalis principijs descendentes/ sed vt cōclusiones remote: vt sunt precepta consanguineorum atq; affiniū coniunctiones prohibentia: alia q̄ similia/ que non ex ipso rationis dictamine/ sed ex ipsa diuina institutione vim obligandi habent. Et ista quia non absolute sed cū aliqua dispositione naturaꝝ ipsam respi-

Digitized by Google

ciunt: mutationē/ variationē/ atq; dispensationē patiuntur: Et sc̃m boiz/ tēpoz/ locorū/ et negocioz dispositiones mutāt̃ et variantur: vt beatus Thomas scripsit in. d. secunda secūde. q. clviij. Articulo nono. ¶ Et
38 ideo idem beat⁹ Thomas in prima secūde q. c. Articu. viij. in resp̃sione ad tertium/ Sic inter alia dicebat. Precepta decalogi quantū ad rationē iusticie quā continent: immutabilia sunt: Sed quantū ad aliquā determinationē p applicationē ad singulares actus/ vt scilicet hoc vel illō sit homicidiū/ furtū/ vel adulteriū aut non/ Hoc quidem est mutabile: quandoq; sola auctoritate diuina/ in his scilicet que a solo deo sunt instituta: sicut ī matrimonio et in aliis huiusmodi. Quādoq; etiā auctoritate humana/ Sicut in his q̃ sunt cōmissa hoīm iurisdictioni.

¶ Nec predictis obstant Quāplurime doctoz auctoritates superius adducte/ dicentiū ⁊ affirmātiū/ Summū pontificē cōtra ius naturale dispēsare minime posse. Quia
39 ille procedūt ⁊ locuz habent/ quando absq; causa summus p̃tifex contra ius predictuz naturale dispēsaret. Secus vero si cū causa Nam ex causa bene talē dispēsandi potestatē haberet: ⁊ cōtra predictū ius naturale dispēsationē predictā facere posset. vt est text⁹ apertus in. c. primo. xiij. Distin. Aduersus naturale ius (inquit textus ille) nulla dispēsatio admittitur: nisi forte duo mala ita vrgeāt: vt alterū eoz necesse sit elegi. Et ita tenent cōmuniter doctores in. c. que in ecclesiarum. de cōstitu. et. in. l. prima. ff. de constitutio. princi. et in. l. fi. C. si contra ius vel vtilitatē publi. Bartho. veronēsis. in consilio. xxxix. incipi. Lutius. in. ꝑ. col. et Barba. in consilio. xvj. incipi. clementissimum. columna secunda. volu. iiij.

¶ Et ideo dici solet: Sūmum pontificez ex
40 causa defensionē (q̃ de iure naturali existit) tollere posse. vt voluit Alberic⁹ de rosa. in. l. oēs. col. prima. C. de episco. et cleri. Ange. in. l. si sic. ff. de lega. primo. Bellus in tractatu bannitoꝝ. in. ij. q. Secundū tempoꝝ. Alexan. in. l. cū mulier. col. v. Versicu. ⁊ pro confirmatione. ff. Soluto matrimo. Philipp⁹ decius. in. c. dilecti. col. vij. Versicu. qr supra. de exceptio.

41 ¶ Bene faciunt que de citatione doctores tradunt in. c. Inter quatuor. de Maiorita. et obedien. vbi ex causa citationem per principem tolli posse concludunt. Quod etiā voluit Joannes andre. in additio. ad specu. in titulo. de senten. §. iuxta. Versicul. est etiaz nulla. ⁊ in. c. primo. de causa posse. ⁊ proprieta. Bal. in. l. cessante. C. quomodo et quando iudex. allegat glosā Notabilē in. l. penulti. ff. ex quibus causis maio. Idem Bal. in lege. nec causas. C. de appellatio. ⁊ tradit late. Alexan. in cōsilio. ij. col. iiij. Vol. primo. ⁊ Francisc⁹ de curte. in consilio. xx. incipi. sepe numero. in. ij. et. iij. columna.

¶ Jura enim naturalia tam a deo quaz ab hominibus ex causa ob hominuz scilicet ne 42
cessitatem/ communemq; vtilitatē/ aliquādo limitata fuisse reperim⁹. vt cōmuniter tradunt doctores. in. §. Sed naturalia. Instituta. de iure naturali. gen. et ciuili. et tradit Joannes de turre cremata. in capitulo primo. v. Distinctio.

¶ Hinc videmus: quod quānis surdus ⁊ mutus naturali impedimento testari prohi 43
beāt. l. discretis. C. q̃ testamēto facere poss. Potest tamen princeps cum predictis naturali impedimento impeditis vt testari possint dispēsare. vt est textus. in. l. si mutus cum similibus. ff. de testamentis.

Si enim summ⁹ p̃tifex in gradibus quo dammodo naturali iure prohibitis / et in his que naturali iure prohibentur/ et causa dispensare potest: Multo fortius / multo meli⁹ atq; facilius in matrimonio cū vxore fratris absq; liberis premortui vt in casu nostro cōtracto siue contractando/ cū nullo iure nec naturali/ nec diuino Sed tantum humano tale matrimonium prohibitum fuerit: dispensare poterit.

¶ Sequitur solutio/ responsio seu satisfactio ad tertium partis negatiue fundamentum.



Do nobstat tertiū pro contraria parte superi⁹ adductū fundamētū: in quo dicebā. Propter aliquorum considerationem/ priuatamq; vtilitatem/ non esse cōmune bonum a summo pontifice omittēdum: nec alicui particulari persone cōtra commune bonuz dispensationis priuilegium esse concedendū. Quia illud est verū/ vbi ex priuilegij cōcessione ī fauorē cuius

Digitized by Google

cunq; particularis persone emanati/ cõmune bonũ peruerteretur/extingueretur/ atq; dissiparetur: ⁊ omnibus preiudicium generaretur. Ubi vero nemini iniuria fieret Nũq; legi/nunq; reperi/nec causam aliquam inueni Quare summus pontifex contra iura in fauorem oĩm edita atq; instituta/cum aliquo particulari dispensare non possit: Immo cõtrariũ (tanq; iustũ/sanctũ atq; honestũ) statutũ decisuz/atq; determiatũ extitit. ¶ Valet enim sancta Romana ecclesia (vt verbis vtar ter.in.c. Ideo.§. Item Hieronymus post Hlo.ibi.xxv.q.prima) suis priuilegijs quoslibet munire: ⁊ extra generalia decreta/quedam speciali beneficio indulgere: ⁊ cũ quibusdam dispensare. Et tales dispensationes que quotidie particulariter in nonnullaz personaz fauorem/a sũmis pontificibus concedũtur: nullatenus communi bono preiudiciũ aliqũ inferre dicũtur. Nec dispẽsatio que in casu nostro Serenissimis dñis Anglie regib⁹ a sãctissimo dño Julio secũdo cõcessa fuit: Ullatenus cõi bono obuiauit/repugnauit/seu contradixit: Immo magis p predictã dispensationẽ cõmune bonum/cõmunisq; vtilitas cõseruata fuit. Nã si tale inter p̃dictos Serenissimos reges matrimoniũ dispẽsatione predicta mediãte minime celebraret: Certe cõis subditoz vtilitas/cõmuneq; totius regni bonũ peruerteret atq; turbaretur: Cum iaz magne inter principes dissentiones/bella/ac scandala ingentia/orta fuisse viderẽtur: et maiora oriri sperarentur. Quapropter cũ predictis Serenissimis regibus summus põtifex dispensando/ Nõ dicetur priuatuz cõmodũ summũ pontificẽ considerasse: Sed potius propt̃ bonũ publicũ dispẽsationẽ p̃dictã fecisse ¶ Interdum enim quod ad multitudinis vtilitatẽ vt in plurib⁹ statuitur atq; ordinat: nõ est cõueniens nec expediens qõ certo casu/certoq; tẽpore/vel cũ certa psona seruet et custodiat: Sed aliquando psona/locus/ et tẽpus consideratur. Que si minime cõsiderarẽtur: Aliquando maiora mala/maiora scãdala/maioraq; inconuenientia sequerẽtur. Et ppterea conueniẽs est: quod summ⁹ pontifex qui multitudini preest/ dispensare possit: quod et illud quod pro bono publico statutum est: ex causa ab aliquo nõ seruetur. Quo casu talis dispensatio/quedam iuris communis relaxatio iudicabitur: vel potius interp̃tatio atq; declaratio noiabitur.

¶ Sequitur solutio/responsio seu satisfactio ad quartũ ptis negatiue fundamentũ.



On obstat Quartũ pro parte negatiua superius adductũ fundamentũ/in quo dicebã: Sũmũ pontificẽ p suã dispensationẽ personaruz acceptionẽ fecisse: et p cõsequẽs dispensationẽ predictã minime valuisse. Quia vt Joannes Andreas ⁊ cõiter doctores in.c. de multa. de p̃bẽ. et ibi Imola.i.ir.col.in fine post beatũ Thomã cõcludũt: Tũc psonaz acceptio fieri dicit: quãdo inter equales psonas inequalitas ãdaz seruat. Ubi vo circa inequales personas inequalitas seruaretur: tũc nõ psonaz acceptio Sz debita ãdãpuisio diceret. Cõgruũ em/decens atq; honestũ/Immo necessariuz fore existimamus: qõ aliter principes/aliter nobiles/alit litteratos/aliter rusticos/plebeios et indoctos in cõcedẽdis bñficijs tractemus: et ex psonaz qualitate dispẽsem⁹: vt latissime diximus et multa in ppositio adduxim⁹. in.l. capitaliũ.§. seruil. ff. ꝺ penis. Bñ facit ter.in.c. in tali cõiugio. j.q.vij. ⁊ in.c. statuimus. de maiorita et obedie. Et ideo qñ fumus põtifex cũ Serenissimis Anglie regibus ex causa pacis cõseruãde dispensauit: nullatenus personaruz acceptionem fecit.

¶ Sequit solutio/responsio seu satisfactio ad quintũ partis negatiue fundamẽtũ.



On obstat quintuz ppte negatiua superius etiã adductũ fundamẽtũ: in quo dicebã: Qõ cũ in tali cuz vxore fratris absq; liberis pmoztui matrimonio/ q̃dã horror/q̃dãq; idecẽtia cõsideret: et illicitũ atq; turpẽ tale matrimoniũ reputet: ⁊ cũ ex Sũmi põtificis dispẽsatiõe materia ⁊ occasio peccãdi atq; delinquẽdi ⁊ incestuz scilicet committẽdi prestetur: Talis dispensatio Serenissimis Anglie regib⁹ a sanctissimo Julio secdo cõcessa/tanq; peccati nutritiua/nulli⁹ valoris esse debuit. Ad huic difficultati facilis ex superius adductis

colligi potest resp̃sio. Nunq̃ enim turpe/ nunq̃ indecens/nunq̃ illicitum/nunq̃ inhonestum atq̃ horrendum/ante ecclesie catholice prohibitionem/Tale cum vxore fratris absq̃ liberis premortui matrimonium fuit: Sed semp licitum/permissum/atq̃ tolleratum vt diximus extitit. Et ideo sumus pontifex in eo dispẽsãdo/nullã peccãdi occasionẽ prebuit: Solum enim per suam dispensationem/sublata ecclesie prohibitione/matrimonium predictum in sui pristinum statuz reduxit: Secundum quem cũ vxore fratris absq̃ liberis premortui cõtrahere/neq̃ malum neq̃ peccatuz vnq̃ fuit. Alias autem si materia delinquendi atq̃ peccandi summi pontificis dispẽsatio super matrimonio predicto prestitisset: Nequaq̃ ecclesia sancta catholica dispensationez cũ Liuoniensib9 ob eorum infirmitatem factam (de qua in.c. fi. de diuortijs) tolleraſſet: Nec vt iustaz/ validam/rectecq̃ factam approbasset. Sed vbi ex summi pontificis dispensatione materia peccandi prestaretur: tunc illi9 dispensatio iniusta 7 invalida vt ibidẽ dixim9 iudicaret.

¶ Et ideo summ9 põtifex dispensare minime posset: quod aliquis cofiteri peccata sua nõ teneatur: quia sic peccandi atq̃ delinquẽdi materia prestatur. vt communiter Doctores concludunt sup quarto sentẽ. Distinct. xvij. Quod precipue a Ricardo de media villa. in. vij. questione. sequit̃ et affirmatur.

¶ Nec dispensare etiam posset: quod fidelis maritus infidelem vxorem duceret: seu vxor fidelis infidelem maritũ sibi in matrimonio iungeret: quia sic materiaz peccandi atq̃ delinquendi tribueret: cum infidelis fidelẽ ex hoc peruertere posset. vt notabiliter voluit Cardinalis zabarela. in. c. fi. vbi etiã Prepositus Idẽ tenuit. in. ij. col. de conditio. appositis. Nisi forte ex tali matrimonio quedam ipsius infidelis ad fidem nostram catholicã conuersio sperareture: quo casu si ex tam magna causa talis dispensatio fieret: forsan tunc tale matrimonium sustineretur. quod Calderinus ibidez voluisse videtur.

¶ Nec obstat illud quod de dispensationũ facilitate diximus: Nam quamuis faciliter et absq̃ difficultate summi põtifices has dispensationes concedere soleant: non tamen propter hoc in casu quo eas concedere possunt/materiam et occasionem delinquendi prestãt: Immo potius delinquẽdi atq̃ peccandi occasionem tollunt: vbi in gradibus prohibitis absq̃ dispensatione contrahẽtes minime in peccato permanere permittunt.

¶ Verum tamen est: qõ etsi per suas dispẽsationes nullam summi pontifices ex parte sua materiam et occasionem delinquendi atq̃ peccandi prestent: non tamen proni atq̃ faciles in dispensationibus quibuscunq̃ cõcedendis esse debent: Sed oportet quod diuinam illam instructionez seruent: vt tẽpus scilicet personam 7 causaz cõsiderent. Quis putas inquit dominus. Luce. xij. est fidelis dispensator et prudens. Quez constituit dominus supra familiaz suam: vt det illis in tẽpore tritici mensuram. Et ideo ibidẽ Albertus magnus dicebat: Bonus dispensator/ pro personarum/et temporum/et locorum/ et bonorum sibi commissorum diuersitate/ vtiliter distribuenda distribuere/et vtiliter reseruanda ac non concedenda debet seruare. Talis enim dispensator domus fuit Joseph. vt scribitur gene. c. xlij. xlv. et. xlvij.

¶ Quod precipue in casibus diuino seu naturali iure prohibitis/Et in prohibitionib9 maioris auctoritate atq̃ ratione roboratis videtur procedere. Nam in illis difficilius q̃ in aliis non ita arduis/talem gratiam/talẽ q̃ dispensationez summi pontifices debent cõcedere. vt notabiliter tradit Roma. in cõsilio. cccxxvij. incipi. Ite sunt rationes. p totum. Facit tex. in. c. post translationez. de renuntia. Et propterea tutius ipsi facerent: si prius et ante dispensationis concessionem/ quandam cause cognitionem adhiberi preciperent: Qõ an facere debeãt/Et an causaz exprimere teneãtur/Et si nõ fecerint an tũc a peccato excusentur: et tuti in conscientia videantur: latissime in quarta primi pali dubitatione tractabimus: ad ibidem dicenda nos remittimus.

¶ Sequitur respõsio solutio seu satisfactio ad sextum partis negatiue fundamentum.

Non obstat sextum 7 vltimũ pro parte negatiua superius adductũ fundamẽtũ in quo dicebã: Quod quemadmodũ qõ quis duas simul vxores habere possit (quamuis hoc in lege nature concessuz fuit: Quia tamen postea abrrogatũ extitit) potest summus pontifex dispensare: ita eodẽ modo in casu nostro In lege nature permisso et postea partimodo abrrogato mini-

me poterit dispensationē predictā concedere Ut qđ quis plures hēre posset vxores nūq̄ de iure naturali fuit: Imo vnicā tē vir de iure naturali semp extitit. vt doctores cōiter super quarto sententiarum. Distinctio. xxiij. concludunt. Et propterea summo pontifici in casu illo naturali iure prohibito/dispensare minime licuit. ¶ Et quamuis dās cum antiquis patribus quod plures vxores habere possent dispēsauerit: nō tamē cōtra ius naturale quantū ad virtutis essentiaz scilicet castitatē/sed quantum ad opera dispensauit. Virtus enim immutabilis est: sed opera variabilia mutabiliaq̄ existunt: vt Albertus magnus in questione de virtutibus tradit. Quem refert et sequitur Joannes de turre cremata. in. c. primo. col. fi. xiij. Distin. Substantia precepti fuit/vt vir carnem suā cum multis non diuideret: Salua tamen superioris scilicet dei auctoritate: Magis enim tenetur vir deo q̄ vxori: et propterea quis ex dispensatione dei plures habere potuit. Quod propter quatuor principales causas secundum temporis exigentiam permissum tolleratūq̄ fuit. Tū propter cultus dei multitudinem: quia in tempore Abrae Jsaac et Jacob/pauci dei cultores erant: nā fere omnes idolatrie subiacebant. Tum propter tēperantiam atq̄ moderationē: Nā moderate antiqui patres propter procreationē prolis ad cultum dei/coitum apetebant. Tum propter hominū instructionē: Naturalis enim ratio dictat qđ sicut vir non vult qđ mulier cuz alio viro carnē suā diuidat: ita et ipse carnem suā cū alia/nisi de auctoritate dei diuidere nō debet. Et ideo hō/vt deo magis q̄ vxori obediēdū esse cognosceret: instructionez recepit. Tum etiā propter figurā: Que oia latius Magister Guillelmus altissiodorensis refert tractat z ponit in sua summa super quatuor libros sententiaz. libro. iiij. tractatu. ix. c. iij. q. prima. Et ideo cū plures vxores habere sit naturali iure prohibitum: non potuit/nec potest/nec poterit summus pōtifex quod quis plures vxores habeat dispensare. Quod quidem in matrimonio cū vxore fratris absq̄ liberis premortui facere potest et potuit: Quia tale matrimoniū nec naturali nec diuino vt diximus iure vnq̄ prohibitum fuit.

EX quibus omnibus inuictissime Cesar clarissime/euidenter/atq̄ notorie patet Sūmus pontificem dñm Julium secūdū cum predictis Serenissimis dominis Angelie regibus in matrimonio/seu super matrimonio predicto inter ipsos celebrato dispensare potuisse: eiusq̄ dispensationem/iustaz/validam/firmāq̄ fuisse: et hanc certam indubitatam cōmunemq̄ oim doctoz opinionē extitisse. In cuius fauorem vtra illa que superius adduximus facit: Nam cum in talibus summus pontifex matrimonijs dispensare consueuerit: illius consuetudini ad dispensationis validationem standum erit. vt notabiliter voluit Specu. in titulo de dispensatione. §. nunc de episcoporum. col. xiij. versiculo. cōsuetudo. argumēto text? in capitulo. pernitiosus. cū suis concordantijs de celebra. missarum. z in. c. finali. cum similibus. de transactio.

¶ Quinimmo z si casus noster (qui clarus certus/et indubitatus extitit (dubius forsaz propter opinionuz multitudinem ac varietatem extitisset: Sēper opinioni que dispēsationi et sūmi pōtificis auctoritati faueret inherendū esset. vt tradunt Hostiē. Joannes Andreas et cōmuniter doctores. in. c. Rursus. in. fi. col. Qui clerici vel vouētes. quos refert et sequitur Soccī. in consilio. xiij. incipi. presens cōsultatio. col. v. versiculo. tertio decimo probatur. Volumine primo.

¶ Immo si alias propter iuris diuini dispositiones declaratione et interpretatione aliq̄ indigentes/casus predict? dubius fuisset: Semper ad summum pontificem/talis dubitationis interpretatio/enucleatio/seu declaratio pertinuisset. vt tradunt Anthō. z communiter doctores. in. c. Ne initaris. de constitutio. Barba. in. c. inherentes. col. ij. de iuramen. calumnie. et Bartholo. Soccī. in cōsilio. cxxvij. incipi. Cūm in presenti consultatiōe. col. x. Vol. iij. Benefacit textus in c. per venerabilem. qui filij sint legiti. et in. c. cum illorum. cum similibus. de senten. ex communi. et tradit late Joannes de turre cremata. in sua summa ecclesie. lib. ij. c. cvij.

¶ Hec pro nūc inuictissime Cesar Quātū ad istam secundam principalez dubitationē satis Sufficere existimamus: Ad tertiaz vero principalem dubitationem accedamus.

Digitized by Google

Sequitur tertia pricipalis dubitatio

An scilicet beneficium pacis/eiusq; conseruatio/legitima sit causa dispensandi. In qua dubitatione nonnulla in pacis et concordie fauorem cōtra iuris communis regulas introducta decreuim⁹ ponere/referre/atq; narrare: Ut facilius a quocunq; intueri possit: Summum pōtificem dominum Julium secundum propter regum atq; regnorū pacē/potuisse cuz Serenissimis dñis Anglie regib⁹ in matrimonio seu super matrimonio inter ipsos in gradu prohibito celebrato dispensare.

Uātū ad istā tertiā principalē dubitationē/Quā uis ad hoc vt sūmus pōtifex cū serenissimis dñis Anglie regib⁹ sup matrimonio seu i matrimonio predicto dispēsare possit nulla causa requiratur: cū matrimoniū predictū nullo vnq; diuino iure vt in prima principali diximus dubitatione/sed tantū humano prohibitū reperiatur: Super quibus humano tantū iure prohibitis liberā dispēsandi atq; disponendi Summi pōtifices potestatē vt in proxima etiā diximus dubitatione habere non dubitatur: Tamen dato ⁊ nō cōcesso qđ causā aliquā ad dispēsationē predictā cōcedendā requiram⁹ et exigam⁹: Et si multas iustas causas qb⁹ sūmus pōtifex ad dispēsādū in gradibus etiā diuino iure prohibitis moueri potest/in iure expressas atq; determinatas inueniamus: Hāc vero pacis et cōcordie causam inter principes firmande seu conseruande precipuā inter alias existimamus: ⁊ ad dispensationē predictā concedendam/bonaz/veram/iustissimamq; affirmamus. Nam si personarum prerogatiua/necessitatis et publice vtilitatis casus tres iustissime dispēsandi cause reputantur: Ut ō personarum prerogatiua est textus in capitulo. Junotuit. de electio. ⁊ in capitulo licet canō. eodez titulo. libro sexto. ⁊ in capitulo. ō multa. de preben. et in capitulo. requiritis. §. vtili rigor. et in capitulo. tali coniugio. prima. q. vij. Et de necessitate atq; publica vtilitate est textus in. c. necessaria. et per totū. eadem prima. q. vij. et tradit Federicus de senis in cōsilio. ccvj. Multo melior/multo securior/multoq; iustior causa ad dispensationē concedendam/beneficiū pacis et illius cōseruatio esse existimatur: cuz in tali causa pacis scilicet inter principes conseruande/tam prerogatiua persone/quā necessitatis ⁊ publice vtilitatis casus cōprehēsus inclususq; videtur. Nā quāto dissentiones principum/publico atq; cōmuni bono (teste philosopho. Politi. v. c. ix) periculosissime iudicantur: Quia vt Julius celsus/de gestis Alexādri libro. vij. scribit: Magna ex dissentiōib⁹ incōmoda oriri solent. Tanto reformationes pacis inter reges facte atq; firmate/vtilissime immo necessarie et regibus/⁊ regnis/et subditis reputantur.

¶ Et ideo Cassiodorus. libro. v. epistolaruz suarum. Epistola. xxix. sic inter alia dicebat. Nules suauissima ppli/⁊ dispositio trāquilla regionū/preconiū probat esse regnātiū.

¶ Et libro tertio. Epistola. xxxix. Principis (inquit) opinionem lōge lateq; discurrentat subditorum custodita tranquillitas.

¶ Et libro primo. Epistola. xxix. Regnātis (ait) gloria ē/subditorū otiosa trāquillitas.

¶ Et propterea eodez libro. Epistola. xxij. Sic inter alia dixit. Decet apicis regalis curā/generalē custodire cōcordiā: Qm̄ ad laudē regnātis trahitur: si ab oib⁹ pax ametur. Quid em̄ est/qđ principē melius predicet: quā quier⁹ populus/cōcors senatus/⁊ tota res publica morū honestate vestita.

¶ Hinc idē Cassiodorus (eodē libro primo Epistola ꝑma alebat. Omni quippe regno desiderabilis debet esse pacis tranquillitas: In qua ppli proficiūr: et gētū vtilitas custoditur. Hec siquidē bonaz artiū mr̄/mortaliū genus successione multiplicans/facultates protendit: et mores extollit.

Digitized by Google

8 ¶ Et ideo legislatori/et bono et graui presidi curare congruit/pacatã atq; quietam suã hebere prouinciã. Nam pace remota/socialis vite perit vtilitas. vt inquit Oldra. in cõ filio. lxxxviij. incipi. Elegãter circa negociũ. sub titulo de pactis et iure iuran. columna tertia circa finem.

9 ¶ Hinc beatus Augustinus in libro de verbis dñi. c. civiij. sic pacẽ diffiniebat. Pax est serenitas mentis: tranquillitas animi: simplicitas cordis: vinculum amoris: consortiũ charitatis. Hec est q̃ simultates tollit: bella compescit: iras compimit: superbos calcat: humiles eleuat: discordes sedat: inimicos cõcordat: cũctis est placida: nescit inflari: nescit extolli. Hanc qui accipit teneat: qui perdidit repetat: qui amisit requirat. Quoniaz qui in eadem inuentus non erit: a patre abdicabitur: a filio exheredabitur: et nihilominus ab spiritusancto alienꝰ efficietur. Hec ad hereditatem domini poterit peruenire: qui testamentum pacis noluerit obseruare.

¶ Et hoc nimirum/ Nam vt theologi contemplatiui inquiunt: vbi pax non est: ibi nõ adest trinitas. Idcirco dicunt/ hanc dictionẽ pax/ tribus litteris constare: Prima eñ littera que est. P. significat patrem. Secunda que est. A. denotat Almum idest spiritũ sanctum. Tertia vero littera q̃ est. X. significat xp̃m idest filium. prout pulchre refert Lãcelotus decius in. l. pactuz curatoris. in fine. C. de pactis.

11 ¶ Alibi idem Augustinus de ciuitate dei. libro. xix. c. xi. in fine dicebat. Tãtũ est pacis bonũ/ vt etiam in rebus terrenis atq; mortalibus/ nihil gratius soleat audiri: nihil desiderabilius cõcupisci: nihil postremo possit melius inueniri.

12 ¶ Et ideo Tibullus in laudẽ pacis scribẽs sic libro primo/ elegia prima alebat. Interea pax arua colit. Pax candida primum duxit arraturos sub iuga curua boues. Pax alsit vites: et succos cõdidit Aue: funderet vt nato testa paterna merum. Pace bidẽs vomerq; vigent: at tristia duri militis in tenebris occupat arma situs.

13 ¶ Et Prudentiꝰ in libro Sicõmochia/ inter alia etiam alebat. Pax plenum virtutis opus: Pax sũma laborũ. Pax belli exacti pretium: pretiumq; periclꝰ. Sydera pace vigent: Cõstitit terrea pace. Nihil placitũ sine pace deo. ꝛc.

14 ¶ Hinc Silius Italicus. lib. xi. Pax (inquit/ optima rerum quas homini nouissime datum est: Pax vna triũphis innumeris potior: Pax custodire salutem/ et ciues equare potens.

¶ Hinc Ouidius in primo libro de fastis. Pax (inquit) Cererẽ nutrit: pacis alitur cereꝰ. Et ibidez lib. iij. Pace ceres leta est: et vos orate coloni perpetuam pacem/ pacificumq; ducem. Quis pax humana tã dulcis est pro temporali salute mortalium: quã to dulcior est pax diuina/ pro eterna salute angelorum. vt inquit textus in capitulo. noli. xxiij. questio. prima. 15

16 ¶ Et qua pace multi fructus optimi oriri solent. vt scribitur. Job. capitulo. xxij.

¶ Et hoc est quod Dauid psalmo. cxxxij. dicebat. Ecce quã bonum et quam iocunduz habitare fratres in vnum. Quoniam illic mandauit dominus benedictionem et vitã vsq; in seculum.

17 ¶ Et ideo quãplurimum angeli teste Bernardo ex hominũ pace gloriantur. Quinimmo ex tali cõcordia et pace gaudet altissimꝰ et in membris suis gloriatur. vt inquit textꝰ in capitulo. Archiepiscopus. xx. q. iij.

¶ Et hoc est quod beatꝰ apostolꝰ Machabeoz p̃mo. c. xiij. dicebat. Fecit pacẽ sup terraz/ et letatꝰ est Israel leticia magna: et sedit vnusquisq; sub vite sua/ et sub ficulnea sua.

¶ Quã pacẽ dominus inter se homines habere precepit: Pacẽ (inquiẽs Marci. ix. in fine) habete inter vos. Et eandem hominibus reliquit. Pacẽ inquiẽs Joannis. xiij. relinquo vobis: pacem meam do vobis.

¶ Cuius pacis priuilegia et si multa alia adducere possẽ q̃ omitto/ ponit Anthoniꝰ consetus in suo tractatu de potestate regia. et late Baldꝰ tractat in titulo de pace constantie. Quam admodum laudat atq; commendat imperator in titulo de pace renenda. in vsibus feudorum. et in. l. prima. in principio C. de veteri iure enucle. 18

¶ Et istius pacis conseruatio ad summum pontificem christi redemptoris nostri vicariũ pertinet: Cui non solũ oues/ sed et ouiũ pastores/ et vniuersa omnia commissa fuisse videntur: (Nam vt beatus in libro. iij. de consideratione. col. vj. scripsit Bernardus. Ipse est cui claues tradite/ cui oues credite sunt. Sunt quidem et alij celi iantores et gregũ pastores: Sed ipse tãto gloriosius/ quanto et differentius vtrumq; preceteris nomen hereditauit. Habent illi sibi assignatos greges/ singuli singulos: sed et illi/ vniuersi suntcredidi. Et nonmodo Ouium sed

Digitized by Google

et pastorum omnium vnus est Pastor.
¶ Et ideo ad ipsum magis quã ad aliũ pertinet et expectat: reges ⁊ principes in cõfederatione / pace / amicitia / fedre ac vnione vniuersali ponere: et scandala atq; xpianitatis noxia remouere: eosq; ad pacem / concordiã / atq; amicitiã cõpellere. vt est textus in c. nouit. cum similibus. de iudiciis
¶ Et hoc est quod dominus per Esayam. c. xlix. dicebat. Dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsq; ad extremũ terre. Et dedi te in fedus populi vt suscitares terraz: illius scilicet curam tenendo: et eãdem in pace et tranquillitate conseruando.
¶ Nam vt inquit tex. in. c. studenduz. xc. distinc. Studendum est episcopis ideꝫ presidẽtibꝫ / vt dissidentes fratres siue clericos siue laycos / ad pacẽ magis ꝙ ad iudiciũ coerceant. Quia vt Gregorius nonus in prohemio decretalium scribit. Rex pacificus pia miseratione disposuit: sibi subditos fore pudicos / pacificos / et modestos.
¶ Hinc Bonifacius in prohemio sexti decretalium in sui principio aiebat. Regimini presidẽtes curis solicitamur cõtinuis: et assidua meditatione vigemur: vt iuxta credite dispensationis officium / subditorũ commodis in quorum prosperitate vtiq; prosperamur iugi (quanto nobis ex alto cõcessuz fuerit) solicitudinis studio intendamꝫ. Amplectimur quippe voluntarios pro ipsoz quiete labores: et noctes quandoq; transimus in somnes: vt scãdala remoueamus ab ipsis: ⁊ noxia submoueamꝫ. vt inquit tex. in. c. primo. de homicidio libro. vj.
¶ Hinc etiã Innocentꝫ .iiij. in. c. primo. ẽ officio delegati eodem libro dicebat. Officij nostri debitũ remediis inuigilat subditorum: quia dum eoz excessus onera / dum scãdala remouemus: nos in eorum quiete quiescimus: et fouemur in pace.
¶ Hinc Clemens. v. in clemẽti. pastoralis. de re iudica. in principio ajebat. Pastoralis cura solicitudinis nobis diuinitus super cũctas xpiani populi nationes iniuncta / nos inuigilare remediis subiectorum: eorũdem periculis obuiare: et scandala remouere cõpellit.
19 ¶ Si enim ad summum pontificem subditorum scandala remouere / totiusq; xpianitatis pacem conseruare pertinet et expectat: nullatenus est dubitandum: beneficium pacis Justã esse causaz ad dispẽsandũ. Est eñ beneficiuz pacis / fuit ⁊ semp erit / iusta causa immo aliqs causis iustioꝛ ad dispensationem in quibuscunq; casibus et precipue in matrimonijs ⁊ suꝑ matrimonijs cõcedẽdũ vt est tex. apertꝫ in. c. ij. ẽ desponsa. impube. et in. c. quia circa. cũ similibus. de consanguinita. et affinita. et volunt communiter doctores in dictis locis. Quod quidẽ voluit Oldra. in consilio. clvj. incipi. Clemens episcopus. Hostiẽ. et communiter doctores in c. ad audientiam. de sponsa. Ange. in. l. Anthiocẽsiũ. ff. de priuilegiis creditorum. Ludo. Roma. in consilio. cccvij. incipi. in causa pposite. Bene facit tex. in. c. bisque. ibi pro bono pacis. de maioꝛita. et obedi. et in. c. vt constituerẽtur. et. c. domino sancto. cuz similibus. i. distinctione.
¶ Proquibus etiam facit. Nam beneficio pacis et vt bellis / discordijs atq; dissentionibus obuietur: aliquando a communibus regulis receditur. dicto. c. vt constituerẽtur. c. aliquãtos. ii. distinc. c. presbyteros. xcv. dist. c. primo. xxiij. q. iij. c. officij tui. de electio. c. nisi cum pridem. de renũtia. c. cũ teneamur. de preben. c. tua. de clerico egrotãte. c. ij. vbi latissime per Felꝫ. ⁊ alios. ẽ prescriptio. ⁊ tradit beatꝫ Thomas secunda secunde. q. xliij.
¶ Hinc etiam videmus / Quod licet cõsuetudo irrationabilis et inhonesta non teneat: potest tamen propter pacem tolleraꝛi. vt inquit Joannes Andre. in. c. ij. de prebendis. libro. vj. Lardi. in cõsilio. lvij. incipi. pro magnifico. Rochꝫ de curte in. c. fi. col. xxxj. versicu. nono aduertenduz est. ẽ consuetu. De quo per Philippum decium. in. c. primo. col. v. in principio. in scõa lectura. de cõstitu.
¶ Unum tamen verum est: Quod si Summus pontifex in casib⁹ predictis et alijs quibuscunq; in quibus non nisi ex causa dispēsare potest/ Taliter dispensauerit: quod ad dispensationem concedendam nulla aliqua causa motus fuerit: Sed ad libitum dispensationem predictam concesserit: licet quantum ad militantem ecclesiam et forum cōtentiosum illius dispensatio aliquādo vt diximus sustineatur: cuz ex causa semper Sūmus pontifex moueri presumatur: Tamen quantum ad deum/ et ecclesiā triūphantem nunq̄ illius dispensatio valida reputabitur: nec ipse tunc a peccato/ pacto alicuius arcusabitur. vt ex predictorū dictis colligitur: et ita ab ipsis communiter concluditur et affirmatur: Ultra quos Idez tenuit Hostien. in. c. dudum. el secūdo. de electio. Cardi. in Clementi secunda Versi. ad hec. de peniten. et remissio. Philippus decius. in consilio. cxij. incipi. in presenti cōsultatione. col. ij. vol. primo. et Joānes de turre cremata. in. c. primo. col. ix. Versicu. ad quartū in fine: lxxxix. Distinctio. Bene facit Glosa in. c. quanto. de iure iuran. et in. c. non est. de voto. et. in. c. si is qui preest. cum similibus. xj. q. iij. ¶ Cuius ratio esse potest: Quia talis dispensatio absq; causa facta/ potius factum temerarium q̄ dispensatio dici debuit 16
Et potius dissipatio quedam q̄ dispēsatio debuit nominari. vt inquit Albertus magnus super Lucam. c. vj. et beatus Bernardus. de consideratione. libro. iij. columna penultima. quem referunt et sequuntur Joannes andre. Hostien. Panor. & cōmuniter doctores. in. c. quia in tantū de preben. idem Panor. in. c. de multa. vbi Petrus de Ancharra in tertia et penul. colum. eodem titulo. & in. c. cuz adeo de rescriptis. Speculator. in titulo de dispēsatione. ℣. qualiter. in principio. Archidia. et docto. in. d. c. consequens. xj. Distinctio. Barba. in Cle 17.

Digitized by Google

menti gratie.col.iij. de rescriptis. Philip. decius.in.d.consilio.cxij.volu.primo.t tradit Richardus de mediavilla post alios.in quarto sententiarum.Distinctione.xxxviij. in prima.q.none questionis principalis. et gabriel biel.in tertio sententiarum.Distinctione.xxxvij.q.prima.Uersiculo.tertio notandum.cum aliis traditis per feli.in.c.que in ecclesiarum.col.viij.de constitutio.

18 ¶ Non enim Summus pontifex absq causa.etsic absq utilitate vel necessitate publica vt late superius diximus dispensare debet: Nec etiam debet absq causa plenitudine potestatis uti.vt inquit Innoc.in.c. Innotuit.de electio. Joānes andre.in.c. ex publico.de clericis coniuga. Bal.in.l.ij.C.de sentē.ex periculo.rectan. Ange.in.l.bene Azone.C.de quadrie.prescrip. Alexan.in cōsilio.ij.incipi.visis codicillis.col.ij.vol.primo.et Philip.corneus.in cōsilio.cclxxviij. incipi.cuius nomen.col.vij.vol.iij.

19 ¶ Et ideo si Summus pontifex absq causa bona ecclesie alienasset:puta quando illa cō sanguineis vt prē aliis ipsos diuites faceret concessisset/atq donasset:nullatenus a mortali pctō excusari potuisset. vt notabiliter in ꝟt abbas.in.c.cūveniissent.de iudicijs.et in.c.constitutus.vbi Idem tenuit Barba.de religio.domi.et in.c.inquirendum.de peculio/clericorū. Bal.in.l.tutor petitus.§.que tutoribus.ff.de excusatio. tutorū.t in.l.cū multa.C.de bonis q̄ libe. Archidia.in.c.nō liceat.vbi est textus notabilis et ibi prepositus Alexandrinus.xij.q.ij. Idem Prepositus.in.c.quisquis.eadem questione.et in.c.nulli dubium.col.iiij.xij.q.v. Marianus socci.in consilio.xiij.incipienti.presēs consultatio.col.ij.volu.primo.Barba.in.c. primo.col.xij.de constitutio.t in.c.cōquestus. vbi est textus singularis.colū.iij. de foro cōpenti. et Jasson.in titulo qui feudum dare possunt.columna quarta.in fine.

20 ¶ Bene facit glo.singularis.in.c. monachi vagantes.xvj.q.prima. vbi secundum eam mortaliter peccat is qui ecclesie seculari prefficitur:non vt prosit Sed vt presit;cui nullatenus prodesse poterit dispensatio. Et facit etiam quod de clericis reditib9 ecclesie abutentibus in quāplurimis locis traditur per doctores t est textus notabilis.in.c.quoniā in fine.xvj.q.prima.

¶ Et ideo si episcopus contra canones statuit atq dispensat:cum ipse inferior existat: causam exprimere debet.vt traditur per Feli.in.c.primo.col.iij.in principio.de rescrip.

Non obstant illa que superius in oppositum adduximus:in quantum dixim9 quod vbi a regulis iuris receditur: Semp causa inferi debet.Quia predicta omia procedunt et locum habent in inferiore contra iuris regulas aliquid disponēte/faciēte/seu dispensante:Qui cum iuris regulas t iuris ordinem seruare teneatur: necessario quando t ipse ex causa a regulis iuris recedit:causaz sue dispositionis exprimere tenetur.Secus tamen In principe vel alio superiore/t precipue in Summo pontifice ex causa dispēsante/ in quo semper vt diximus causaz presumere debemus.

¶ Quinimmo iudex et sic inferiorī his que arbitrio suo quamuis non libero committuntur:etsi a regulis iuris ex causa recedat:causam Tamen aliquando exprimere non tenetur:immo tunc et pro ipso iudice presumetur.Ut patet in penarum alteratione seu diminutione quā iudex ex causa facere potest: vt late superius in secunda principali dubitatione diximus:in responsione ad primū partis negatiue fundamentum.Folio.xxxij. col.ij.cum sequenti. Nam si iudex ex causa penam a iure/Statuto/seu cōsuetudine de quinquentibus imponi statutam alterauerit atq minuerit:cum hoc suo arbitrio ex causa tamen committatur: nullatenus ad causam in alteratione seu diminutione pene ex primendam obligatur:Immo actus ille alterationis seu diminutionis pene a iudice ex causa factus/validus t firmus absq expressione cause reputatur.quāuis tūc iudex a regulis iuris cōmunis recedere videat.vt notabiliter tenuit Bar.in.l.quid ergo.§.pena grauior.in.ij.col.ff.de his q̄ notātur infamia et ibi Bal.in repetitione.in.v.col.Uersicu. istorum opinio.notabiliter inquiens: ad releuandum reum cui pena fuit per iudicem minorata/ causam non esse exprimendam: sufficit enim causam subesse: licet in sententiam expressa nō fuerit: quia in hoc casu subesse semper presumitur.Quamuis moderni quidam verba baldi non considerantes: dicant atq affirment: Baldum ibi contrarium voluisse:Sed male eū referunt:Voluit enim de necessitate causam exprimēdaz non esse.Idem voluit idem Bar.in.l.relegatorum.§.ad tempus.ff.de interdictis t relega.Bal.in.c.primo.§.iudices.col.iij. In principio.de pace iuramento firmanda.in vsibus feu. Panor.in.c.nisi specialis.in fi-

Digitized by Google

ne.de officio/legati: Sali. et Alexand. in.l. properandum.§.illo procul dubio. C.de iudicijs. Feli.in capitulo primo.columna penultima. in.rij.limitratione. de re iudica. et in capitulo.sicut nobis. colūna decima. eodē titulo. Ubi inquit. Albericū post. Rayne. Ita tenuisse in dicta.l.quid ergo.§.pena grauior proxime allegata. Idem Feli.in.c. qualiter et quādo el secundo.§.ad corrigendos.columna septima.in fine. Uersicu. Secundo nota.ō accusatio. Allegat Specula. Ita tenuisse in titulo. De accusat.§.primo. Uersiculo quid si inder. Et voluit Philippus decius.in capitulo.consuluit: el primo. columna secūda. de appellatio. Quamuis contrariū in hoc voluerit Jacobus de bello visu.in sua practica iudiciaria.in Rubrica.de questionibus et qualitate tormentorum.et Feli.sibi contrarius.in capitulo primo. columna.xvij. Uersiculo. et predictis. de constitutio. Rochus de curte. in capitulo finali. columna. xxxvj. de consuetudine. Bartholomeus cassan. in cōsuetudinibus Burgundie. in Rubrica desiusticies.in.§. quinto.et quidam doctor modernus Joānes de nevizanis ī suo tractatu silua nuptialī.in.lxxxvij.columna. Sed precedens opinio est verior atq; communior: quam latissime corroborauī et pluribus fundamentis atq; rationibus defensauī:in.l. respiciendū. In principio.ff.de penis.

23 ¶ Bene tamen verum est:ad exhoneratio-
nem iudicis penam minuentis vel alterantis/ esse causam exprimendam. Quia si ex actis causa minime comprehenderetur: inder in sindicatu teneretur:vt ex predictorum dictis colligitur.

24 ¶ Hinc etiam in probationibus videmus: (Que arbitrarie semper existunt. vt est tex. in.l.tertia. Uersiculo.tu magis scire potes. ff.de testibus. et tradit. Baldus.in.l.finali. In principio.C.comm.l. vel episcopo. Antho.de butrio.in capitulo.ex litteris. de probatio. Paulus de castro.in.l. admonendi. columna penulti. In principio. post Joannem baptist.de sancto Severino.ff.de iureiuran. Socci.in consilio.cclxxi.incipi. in causa matrimonij.col.secunda circa principiū. et columna.fina. in fine.volumine primo.)

25 Quod quamuis in talibus quando inder mouetur ad non credendum testibus/debeat pro sui exhoneratione causam exprimere:vt notabiliter voluit. Innocen.in capitulo. quoniam contra. Uersiculo. delegatio-
nes.et ibi communiter doctores.de probatio.et in.c.causam. de re iudica. Hostien.in capitulo.cum contingat. de officio. delega. Bar.Baldus.et Paulus de castro.in.l.iustinus. Per illum textum.ff.de his qui notātur infami.idem Bald.in.l.iij. C.si contra ius vel utilitat.publicam. et in.l. sancimus. C.de iudicijs.et in.l.mancipia.et ibi.doctores.C.de seruis fugit.et in.l.magistratus. in fine.C.quando prouocare non est necesse.et in.l. prima.§.si curatores. ff. de magistra.conuenien. Petrus de ancharra.in capitulo.canonum statuta vbi de hoc magnū festum facit/et plures allegat cōcordantias. de constitutio. Perusinus.in.c. dilecto.in. iv.q̄st.de Appellatio. Paris de puteo/ in suo tractatu sindicatus. in verbo potestas. Folio.xxiij.col.prima. Secundum meam impressionem. Alexand.in consilio.xix.incipi. in causa appellationis. columna.tertia. Volumi.quarto. Barba. In cōsilio. xxij. incipi.scribitur preclare. In principio. col. ij.volumi.primo.et in cōsilio.vij.incipi.sapienter.columna quarta.in fine.et in consilio.xlviij.incipi. preclare. in principio. Vol. secundo.et in consilio.lxxv.incipi. Sapienter scribitur.colū.ij. Volu.iiij. Feli.in.c.pastoralis.§.quia vero.colum.fi. de officio delega. Franciscus de curte in tractatu.de testibus.in vigessima et quinquagessima cōclusione. Rochus de curte.in.c.fi.col.xxxvj.circa finem.de cōsuetudine.et Philippus de cius. In Rubrica.columna.secunda. Uersiculo.secundo respondetur. in secunda lectura. de iudicijs. 26

Tamen si causa non exprimatur/nihilominus sententia valebit.vt notabiliter voluit. Ludouicus Roma. Imola. Alexand.et communiter doctores.in.l.sis ad quem.vbi Jasson late hoc sequitur. in.v.col. Uersiculo. Si vero in sententia. ff. de acquiren.here. Ubi inquiunt Quod si inder in sentētia absolutoria ita dixerit: Quia per. A. et. B. testes productos/ non est probatum/ Titiū Seyo cētum mutuasse/ ideo Seyum absoluimus: Talis Sētia valebit: etsi appellatum minime fuerit: irrenocabilis erit: Quamuis testes illi aperte mutuum illud a ticio/ de centum Seyo factum esse deposuissent. Quia potuit esse quod inder talibus testibus ex aliqua ipsorum vultus trepidatione/vel alia simili causa/ plenam fidem non adhibuisset. Et sic volunt: Quod quamuis causa per iudicem in casu illo vel alio simili casu non exprimatur:quia tamen 27

Digitized by Google

causa subesse potuit: nihilominus sententia valeat et sustineatur. Quam opinionem tenuerunt etiam doctores. in. l. prima. C. de error calculi. et in. c. ab excommunicato. De rescriptis. et in. c. in presentia. de renuntia. et in. c. quoniam contra falsam. de probatio. Baldus in. l. prima circa finē. C. ō vindicta libertate et apud consiliuz manu. et in. l. prolatam. col. prima. versicu. tertium exemplū. C. de sentē. et interlocutionibus omniū iudi. et in. l. ij. in principio. versicu. quero quid si error. C. de re iudica. Alexā. et docto. in. l. Ex diverso. col. penul. ff. solu. matrimonio.

¶ Bene facit text. in. d. c. sicut. de re iudica. Per quē textum doctores post glosam ibi communiter inquiuūt: Pro validitate sententie / necessarium non esse / causam in sententia exprimere. Quod etiam voluerunt Bar. et omnes in. l. ij. §. ignominie causa. ff. de his qui notantur infa. Doctores communiter in. d. l. si is ad quem. ff. de Acquiren. here. ꝛ in. l. qui Rome. §. duo fratres. ff. de verborum obliga. Specula. in titulo de sententia Et de his que ipsam sententiam sequuntur. §. qualiter. columna finali. Versiculo. vtrum. Anthonius ꝛ Doctores in. c. examinata. de iudiciis. Practicus papiensis in forma sententie diffinitiue. in verbo relaxandū et restituendum. col. ij. in fine. versiculo. vlterius queritur. Philippus comeus in consilio. lxxix. incipi. Viso pcessu agitato. in principio. vol. iij. et in consilio. xiiij. incipi. in hac consultatione. col. ij. in fine. Versiculo. ꝛ dicitur. vol. iiij. Philippus decius. in. l. que dubitationis. Versicu. Secunda regula. de regulis iuris.

EX quibus omnibus Inuictissime Cesar euidenter atq notorie patet: Summum pontificem ad causam in sui dispensatione exprimendam / nullatenus in his q̄ ab humano et positiuo iure prohibētur obligatum esse: Quia in eo causaz vt diximus semper presumim⁹ subesse. Et sic in casu nostro et in quorumcz alio simili / absq aliculus cause expressione dispensare potuisse: Et tam ipsum q̄ dispensatos tunc in conscientia tutos atq securos fuisse. Sed quānis id secure fieri potuit: Securius tamē domin⁹ Julius secundus fecit: qui in sua dispensatione Serenissimis dominis Anglie regibus cōcessa / tutissimam (pacis scilicet) causam expressit / inseruit / ac declarauit: Et propt̄ pacem atq principum confederationem / precipue inter predictos Serenissimos reges conservandam dispensauit. Ex cuius cause expressione omnem dubitationem abstulit: Multiq ad dispensationē ex defectu expressionis cause impugnādā occasionem dedit.

¶ Hanc dubitationem (et si ad casum nostruz minime necessaria existat) ponere atq examinare decreuimus: At an summus pōtifex in dispensatione causam teneatur exprimere / Et An ꝛ quando in foro contentioso illius dispensatio absq expressione cause facta possit sustineri videremus. Nunc vero ad quintam principalem dubitationem accedemus.

Digitized by Google

Sequitur quinta principalis dubitatio

Scilicet/Si summꝰ pontifex in dispensatione causam expresserit:que vera forsan non fuerit: An ex falsa causa expressione dispensatio vitiabitur:An vero in foro contentioso pacto aliquo sustinebitur.Ex cuius dubitationis examinatione/Dispensationē Serenissimis dominis Anglie regibus A sanctissimo domino Julio secundo concessam/firmaz/validāq; fuisse:et nullatenus falsa causa pretextu Impugnari posse nec potuisse:apertissimis fundamētis atq; doctorū auctoritatibus id verum esse mōstrabimus.

Cantuz ad istam quintā principalez dubitationē videbat inuictissime Cesar fore dicēduz: Quod si causa cōseruationis pacis q̄ a Serenissimis dominis Anglie regibꝰ in dispensationis supplicatione expressa fuit/ non vera sed falsa fuisse mōstratur: absq; dubio dispensatio ex falsa causa a Summo pontifice concessa vitiatur:et matrimoniuz inter predictos Serenissimos reges predicta dispensatione mediante cōtractum/invaliduz nullumq; reputatur. Vulgatissimum enim est:Falsam causam in dispensatione expressam/dispensationem ipsam vitiare:eandēq; dispensationem ex falsa causa obtentam nullam esse.vt communiter nemine discrepante tenent doctores.in.c.quia circa.per illum textum.Secunduz verum intellectum/quē ad hoc ibi ponderant ac inducunt post glosam ibi. de consangui.et affinita. Idem tenuit Oldra.in cōsilio.cclv. incipi. Clemēs. sub titulo de rescriptis vel priuilegijs. Ubi in terminis consuluit:Quod dispensatio p̄ sedem Apostolicam in causa matrimoniali de qua ibi/ob bonum pacis vt scandala euitarētur cōcessa: nullīꝰ roboris/nullīusq; firmitatis extitit:Eo quia causa ibidem expressa minime vera fuit. Idez tenuit Joannes Andre.in Additio.ad Speculum.in titulo de clandestina desponsa. Joānes fabri. in.l. prima. in fine. C. de aduoca. diuersorum Judi. Cardinalis zabarella.in consilio extr.incipi. Judex.col.ij.versiculo. Item lata fuit. Hemintanus.in cōsilio. xxxiij. incipi. An dispensatio. Petrus de Ancharra.in cōsilio.ccxli.incipi.Ex tenore priuilegij. Johannes de Imola.in capitulo ouduz.per textum ibi.col.ij.de electio. Philippus Franchus. In Rubrica. columna finali.de testamentis.libro.vj.Felin.c.iij.in penul. colū. Versiculo.extra glosam.ō probatio.et in.c. quod super. columna.ij de fide instrumen. et Philippus decius.in consilio. cccxviij. incipi.in causa istoruz. col.ij.vol.ij.

Quoz ratio esse potest/Quia cuz in tali dispēsatiōe inqua falsa causa exprimitur:omnīꝰ defectuꝰ(potestatis scilicet et volūtatis) inueniatur :iuxta ea que scribunt Bal. et doctores.in.l.rescripta.col.ij.C.de precibus impera.offerē. Archidia.et doc. in.c. quēs.xj.distinctio.Merito nulla ex volūtatis defectu talis dispensatio reputatur.Sūmus em̄ pontifex causam in sua dispensatiōe exprimendo/apponēdo/siue declarando/potius dispēsationē suā propter causaz ibidē expressaz fecisse videtur:q̄ propter aliā causaz/aliūq; respectū minime declaratum dispensationē concessisse credatur. Nam cū causa certa in dispēsatione/expressa ac declarata reperiatur:Qua Summus pontifex ad dispensandum/motum fuisse existimatur. potius ipsa/q̄ alia incerta et nō expressa causa consideratur.Quia vbi in verbis a principe platis/nulla ambiguitas inuenitur:nulla tenus tunc questio volūtatis admittitur. vt inquit text.in.l. Ille aut ille.cum similibus. ff.de lega.iij. Nec aliter ab expressatis verbis/verborumq; significatione receditur:q̄ cum aliud sensisse statuentem/aperte/euidēter/atq; manifeste cognoscitur. vt inquit etiam text.in.l. non aliter.cum similibus.eodem titulo. Et Jdeō cum causa conseruationis pacis et amicitie/A Summo pontifice in dispensatione predicta exprimatur: Que finalis dicitur et reputatur:(Nā causa a principe in quacunq; dispensatione expressa/semper finalis presumitur.vt inquit Bal.in consilio.cccv.incipi. premittendū. Vol.primo.Etiam si in prouisionis probe-

mio talis causa narretur seu inseratur. vt tradit Socci. in consilio. cclxxiij. incipi. in presenti consultatione. col. finali. In principio. Vol. ij. Vel ex narratione colligatur. l. si vbi Bar. et docto. ff. de here. instituen. l. prima. In principio. ff. ad Macedo. et notat Alexan. in cõsilio. vij. incipienti. visis. colum. ij. Volu. ij. et in consilio. lv. incipienti. Quoniam. In principio. Volu. v. et in consilio. cxix. incipienti. viso. col. ij. eodem. vol.) Merito si falsa talis causa fuerit: et sic Sũmus pontifex erronee eam veram fore existimando dispensauerit: Cum error cause finalis voluntatem remouere videatur: Sine dubio talis dispensatio ꝛ quecunq; alia dispositio ex voluntatis defectu vitiabitur. Nullatenus enim stare potest: Quod citra potestatis et voluntatis concursum actum fuisse inuenitur. c. cuz super. de officio delega. l. multum interest. cum similibus. C. siquis alteri vel sibi. Quis vt Boetius inquit: Omnes actus humani a potestate et voluntate operantur. quem refert Petrus de ancharra atq; doctores. in capitulo. cum super abbatia. in. vj. notabili. de officio delega. ꝛ retulit Bal. in. l. cum testamentum. C. de iuris et facti igno. et Barba. in consilio. xxvij. incipi. scripsit doctissimus. col. vj. in fine. volumine. primo. pro quibus est. tex. in. c. Ad hec. et primo. ibi eũ potest si voluerit. de appellatio. et. in. c. super in ordinata. ibi qui seruire possunt et volunt. de preben. ꝛ in. l. si genero. ibi nec sibi cessante volũtate. C. de iure domi. Et facit tex. in. l. cuz re. et q̃ ibi notat Bal. C. de donatio. añ nup. ꝛ q̃ tradũt Bal. et doc. in. l. nolle. ff. de acquiren. here. et in. l. omne verbum. col. ij. Versicu. nota textum. C. communia de legatis.

¶ Preterea in predictorum corroboratione accedat. Nam surreptio tam in expressione falsę cause/q̃ in veritatis occultatione invalidam/nullamq; dispẽsationem redit. vt est textus. in. c. primo et secundo. de filijs presbyterorum. libro. vj.

¶ Quod etiam in omnibus gratijs/omnibusq; priuilegijs procedit. c. ad audientiam. et secundo. vbi per Panor. ꝛ doctores. ꝛ. c. postulasti. de rescriptis. l. prima. ff. de nata. restituen. cum similibus traditis per Panor. in. c. super litteris. et per doctores. in. c. ceterum. et. c. plerumq; de rescriptis. Per Innocen. in. c. cum dilecta. eodem titu. ꝛ est textus in Clemẽti. prima. de prebẽ. ꝛ tradit late Socci. in consilio. clxiij. incipi. visa bulvol. ij. et in cõsilio. cxv. incipi. fundata est intentio. col. prima. et in cõsilio. cxx. incipi. memini me alias consuluisse. col. iij. volu. iij. et volunt domini de rota. in decisione. xxxix. incipi. Nota quod vbi papa prouidet. sub titu. de acceptatione et pulsione. in antiquis.

¶ Et hoc Ideo quia in qualibet concessione/semper clausula illa (scilicet si preces veritate nitantur apposita intelligitur. c. ij. ꝛ. c. ex parte. vbi latissime per modernos. de rescriptis. l. etsi legib⁹. C. si contra ius vel vtilitatem publi. et in notabili casu tradit Cardinalis. in consilio. xcvj. incipi. videtur vno premissa. col. prima. Versiculo. Sic autem. de quo latissime per Vtalem de cambanis in suo tractatu clausalarum. in clausula Si preces veritate nitantur. per totam illã clausulam vsq; in finem.

¶ Sic etiam videmus: Quod quemadmodum falsa causa vitiat dispensationem/gratiam/et priuilegium: Parimodo iudicis vitiat decretum. vt est textus. in. l. etsi preses. C. de predijs et alijs rebus minorum sine decreto non alienan. et in. l. magis puto. ¶ manet. ff. de rebus eorum. ꝛ in. l. iij. ¶ puberi. ff. de carboniano edicto. et in. l. cũ vero. ¶ proinde. ff. de fideicomi. liberta. et in. l. prima. ¶ hec verba. cum similibus. ff. ne vis fiat ei. Quod tenent communiter doctores. in. l. si is ad quem. ff. de acquiren. here. et in. l. iuste possidet. vbi latissime per Alexandrum. ff. de acquiren. posse. et in. l. diuus. ff. de re iudi. et in. c. primo. vbi per Feli. in penul. col. eodem titulo. Et voluit Bal. in. l. finali. C. Si ex falsis instrumẽtis. et Raphael cuma. in consilio. cxiiij. incipi. Anthonius. col. iij. circa finẽ. ꝛ domini de rota. decisiõe. clxviij. incipi. nota quod falsitas cause. de quo. per Bal. in. l. qui testamento. ff. de excusatio. tutorũ. et in. l. sunt et alie. ff. de publiciana. per doctores. in. l. is cui bonis. ff. de verborum obliga. per Ange. in. l. finali. ff. de iusticia. et iure. et in. l. qui fideicommissum. in fine. ff. de confessis.

¶ Sic etiam falsa causa donationez/cessionem//renuntiationem/ et quemlibet aliuz vitiat contractum/per errorẽ et ex falsa causa factum. vt est textus. in. l. iij. ¶ si liber homo. ff. de condictione causa data/causa non secuta. et in. l. damus. ff. de conditio. indebi. et in. l. prima. ¶ finali. ff. de donatio. et in. l. ij. ¶ circa. ff. de dolo mali et metus exceptiõe. et in. l. per diuersas. et. l. ab Anastasio. cuz similibus. C. mandati. et tradunt Bar. et do

ctores. in l. demõstratio falsa. §. quod autẽ. in. vj. q. ff. de condit. et demonstra. Bal. in l. nec apud. C. de here. instituen. et in l. finali. C. de falsa causa adiecta lega. Fulgo. in consilio. xxiij. incipi. Engelbertus. in fine. et Philippus decius. in cõsilio. cccc viij. incipi. in presenti consultatione. columna prima. Columne. iij.

12 ¶ Sic etiam vitiat legitimationem. vt notabiliter consuluit. Oldra. in consilio. ccxl viij. incipi. factũ tale est. et Petrus de ancharra. in consilio. ccxlj. incipi. Ex tenore priuilegij.

13 ¶ Sic et feudi investituram vitiat atq; concessionẽ. vt inquit. Bal. in. c. primo. in principio. de feudo guardie et Castaldie. in vsibus feu. et tradit Cardinalis. in cõsilio. xcij. incipi. fauendo pupillis.

14 ¶ Sic et constitutum. vt inquit idem Bal. in Rubrica. col. prima. Versicul. deinde venio ad causam. de constituta pecunia.

15 ¶ Sic etiam vitiat vnionem. vt notabiliter consuluit Cardinalis. in consilio. lxix. incipi. videtur quod vnio. in principio. allegat dictum. c. quia circa. de consangui. et affinita. et Panor. in consilio. cj. incipi. in questione que vertitur. col. antepenul. volu. primo. Idem tenent domini de Rota. in. decisiõe. clxviij. incipi. Nota quod falsitas cause. et decisione. clxix. incipi. nota quod vbi beneficio. et decisione. ccccxcj. incipi. Nota quod vnio. in antiquis. et decisione. lix. incipi. vnio ex falsa causa. in nouis decisionibus.

16 ¶ Sic et falsa causa vitiat sententiam. vt latissime tradunt doctores multas auctoritates multasq; extentiones atq; limittationes adducendo. in. c. licet causam. de probatio. et in l. si is ad quem. ff. de aquiren. here. et in lege. diuus. ff. de re iudica. Quorum dicta transplantare superfluum videretur.

17 ¶ Sic etiam laudi vitiat declarationem. vt notabiliter consuluit Petrus de ancharra. in cõsilio primo. incipi. pro isto Anthonio.

18 ¶ Sic et Summi pontificis vitiat reseruationem. de quo p dominos de Rota. in decisione. cxcj. incipi. Nota quod vbi papa reseruat. sub titulo. de reseruationibus in antiquis.

19 ¶ Sic etiam et professionem. de quo p Panor. et doc. in. c. ex parte. el secundo. post glosam ibi. de conuersione coniugatorum.

20 ¶ Et nõ solum ex falsa causa seu propter falsam causam omnia predicta et quãplurima alia similia vitiantur: Sed etiam cassantur et anullantur si per falsum rumorem concedantur. vt notabiliter voluit. Dominicus. in. c. cum in illis. in versiculo. Quid si falso rumore. vbi alias allegat auctoritates. ō prebẽ. libro. vj. quem refert et sequitur. Philippus decius. in consilio. cccxvij. incipi. in causa istorum nobilium. col. ij. circa finem. vol. ij. Bene facit text. notabilis. in. l. finali. cum similibus. ff. de here. instituen.

¶ Et propterea ne ppter causę falsę expressionem/voluntatisq; defectum dispensatio vitietur: Semper in dispensatione concedẽda/ quedaz causę cognitio requiritur: vt notabiliter voluit Speculator. in titulo. de dispẽsatio. §. qualiter autem. In principio. Innocen. in. c. diuersis fallacijs. de clericis coniuga. Cardinalis zabarella. et prepositus Alexan. in. c. ad dissoluendum in fine. de sponsa. impuberum. vbi inquiunt. Quod quãuis ex magna causa possit Summus pontifex matrimoninm iam contractum dissoluere. vt traditur. in. c. ex publico. de conuersione coniuga. et late superius diximus. in secunda puncipali dubitatione. In secundo partis affirmatiue fundamento. Folio. xxvij. in. ij. col. debet tamen in tali dissolutione/ causę cognitionem Summus pontifex adhibere. Nõ voluit idẽ prepositus. in. c. per venerabilem. §. quod autem. in tertio notabili. q̃ filij sint legitimi. Petrus de ancharra. in cõsilio. ccxlj. incipi. ex tenore priuilegij. Guido papa. in questionibus suis. in. q. cxl. incipi. in decisionibus.

¶ Bene facit text. in. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transactio. vbi auctoritas pretoris in alimentorum transactione absq; causę cognitione interposita/ est ipso iure nulla.

¶ Et facit quod de legitimatione dicitur scilicet quod cum legitimatio dispensationis naturam habere videatur: Parimodo in legitimatione prout in dispensatione/ quedam etiam causę cognitio exigitur. vt communiter concludunt doctores quos refert et sequitur Franciscus de curte. in cõsilio. xix. incipi. viso priuilegio. colum. iiij. versiculo. Aggredior.

¶ Et faciunt/que de sentẽtia absq; causę cognitione lata/et decreto absq; causę cognitione interposito/ aliis multisq; similibus latissime scribit Feli. in. c. ecclesia sancte marie. colum. iiij. cum pluribus sequẽtibus. de constitutio. vbi communiter cõcluditur/ nõ sententiam/ q̃ laudum/ q̃ etiã decretum et multa alia ibidem adducta absq; causę cognitione facta/ nulla esse ipso iure. que om-

nia retulit et transplantauit Hyppolitus de marsilijs. in lege. qui cedem. ff. ad legem corne. de sicarijs. que hic referre superfluū videretur.

25 ¶ Et ideo Seneca in puerbijs asebat: diu esse deliberandum: quidquid semel esset statuendum. Quasi diceret: non cum precipitatione / nec absq; deliberatione / Sed cum magna cause cognitione diuturnaq; cogitatione esse omne faciendum.

¶ Nam cognitio ꝛ causarum de liberatio / quid laudabile esse videmus. capitulo. illa prepositorum. vndecima. questione tertia.

¶ Et propterea ad mature agendū / rectecq; deliberandū magno tempore indigemus. capitulo. ponderet. circa principium. cum similibus quinquagesima. Distinctione. Hinc acceleratione m in quam plurimis im probamus. capitulo. communis fitus. vigesima tertia. Distinctione. c. de syracusane. xxviij. distinctione. capitulo. absit. capitulo. si quis prepostera festinatione. cum similibus. l. distinctione. Que in tractatu de Virtutibus Seneca considerans asebat. Nihil (inquiens) nbi subitum sit: sed totum caute perspicias.

¶ Quia vt Licero officiorum libro primo scribit: Qui maxime perspicit quid in re quaq; verissimum sit: quicq; et accutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem: Is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet.

26 ¶ Que cause cognitio adeo in quibuscumq; rebus agendis legitimeq; exequendis exigitur: quod nisi longum tempus transactum fuerit: nunq; interuenisse presumitur. vt concludunt. Hostien. Joannes Andre. Baldus. Anthonius. Imola. et communiter doctores. in capitulo. Albericus. de testibus. et in specie tradit Alexander. in consilio. cj. incipiēti. circa primum. columna tertia. Volumine sexto.

27 ¶ Quinimmo non solum videtur / quod quedam cause cognitio in casu nostro aliisq; dispensationibus concedendis requiratur: Sed etiam requiritur quod Cardinalium consilium atq; consensus cum res ardua existat exigatur.

¶ Nam in arduis a Summo pontifice condendis / concedendis / Disponendis seu prouidendis / Semper Cardinalium concilium secundum aliquorum opinionē exigitur. vt probat textus notabilis. in capitulo. peruenerabilem. in §. rationibus igitur. Cibi venies ad sacerdotes Leuitici generis / ꝛ ad iudicem qui fuerit illo tempore: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem: et facies quecumq; direrint. Juncto. Versicu. Sunt autem sacerdotes Leuitici generis / fratres nostri: qui nobis iure leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt / qui filij sint legiti. Per quem textuz Ita tenuit ibi Abbas. in tertia. col. et in capitulo primo. In fine de officio legati. et in capitulo. quesiuit. de his que fiunt a maiori parte capituli. Joannes monachus. Joannes Andre. et Philippus francus. in capitulo. super eo. de hereticis. libro sexto. Idē Joannes Andre / ꝛ Anthonius de butrio. in capitulo. Antiqua. de priuilegijs. Archidia. in capitulo. quamuis. columna secunda. de officio ordinarij. et in capitulo. cum redemptor. decima secunda questione secunda. et in capitulo. sunt quidam. et capitulo. que ad perpetuam. vigesima quinta. questione prima. Baldus. in. l. cum multa. C. de bonisq; libe. Cardina. in. c. licet. in. xvj. col. de electio. et in repetitione. c. perpendimus. col. vj. de sentēn. excommunica. Conradus in suo tractatu. de scismate. c. primo. in penul. col. Dominicus. in. c. quoniaz. circa principium et ibi Philippus Francus. de renuntia. libro. vj. Guido papa. in. c. licet de officio legati. Barba. in. c. inherentes. col. ij. de iuramento / calumnie. et in. consilio primo. incipi. Ex sacris. vol. primo. et in consilio. xl. incipi. Clementissimū. col. xviij. vol. iiij. et Jasson. in. l. placet. in secunda lectura. col. iij. vbi multa alia similia adducit. C. de sacrosanctis eccle.

¶ Quam cause cognitionem atq; Cardinalium consensum siue concilium / cum minime in casu nostro reperiamus interuenisse videtur dicendum / hunc etiam defectum / dispensationem predictam vitiasse.

Predictis tamen Inuictissime Cesar minime obstantibus que in veritate nō obstant: contrariam sententiam / contrariāq; opinionem / verioxem esse credimus et existimamus: dispensationemq; predictam Serenissimis dominis Anglie regibus a Sanctissimo domino Julio secundo concessam: minime false cause pretextu / Infringi / Rescindi / Annullari / Seu impugnari posse. Immo veram / firmam validamq; fuisse nullatenus dubitamus.

Digitized by Google

Nam si dispensationis verba recte inspicimus atq; consideramus: certe veram in predicta dispensatione causam expressam fuisse inveniemus. Summus enim pontifex non propter pacem inter Catholicum nostre Hispanie / et Serenissimum Anglie Reges fiendam / nouiterq; firmandam. Nec propter bellum tunc aliquod presens euellendum / sedandum / atq; extinguendum dispensauit: Sed propter iam firmatam pacem / diu inter predictos dominos reges conseruandam / et futuris scandalis atq; periculis / bellis ac dissentionibus obuiandum / dispensationem predictam concessit. Sicq; non bella tunc esse: Sed pacez iam inter principes ipsos contractam firmatamq; fuisse asserit et affirmauit. Obla te (inquiens) nobis nuper pro parte vestra petitionis series continebat: Quod cum alias tu filia Catherina et tunc in humanis agens quondam Arcturus charissimi in christo filij nostri Henrici regis Anglie illustris primogenitus / pro conseruandis pacis et amicitie nexibus et federibus / inter charissimum in christo filium Ferdinandum / et charissimam in christo filiam Elisabet Hispaniarum et Sicilie catholicos / ac prefatum Anglie regem et reginam / matrimonium per verba legitime de presenti contraxisset: Illudq; carnali copula forsan consumauisset: dictus Arcturus prole ex huiusmodi matrimonio non suscepta decessit. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat: ad hoc vt huiusmodi vinculum pacis et amicitie inter prefatos reges et reginam diutius permaneat: cupiatis matrimonium inter vos. per verba legitime de presenti contrahere: supplicari vobis fecistis. ꝛc.

28 ¶ Est enim dispensatio / rescriptum / seu priuilegium a summo pontifice impetratum / secundum petitionis atq; supplicationis formam intelligendum interpretãdum et declarandum. vt notat Baldus. in capitulo. inter dilectos. Per illum tertum. ibi et forma petitionis. de fide instrumen. Anthoni⁹ de butrio. in consilio. xix. incipienti. quia hic agitur. quos refert et sequitur Philippus decius. in consilio. cclxxiij. incipienti. viso. columna tertia. Volumine tertio. Bene facit tertus. in. l. prima. C. de diuersis rescriptis. et quod notat Abbas. in capitulo secundo. de tregua et pace.

¶ Quam pacem et ipsius pacis atq; amicitie conseruationem ob totius christianitatis bonum Summus pontifex dominus Julius secundus inter Serenissimos dominos reges predictos diu perpetuoq; conseruari voluit / statuit / atq; decreuit. Et ipsius conseruationis pacis intuitu: cum quid sanctum / laudabile / vtile / decẽs / honestũ / ac necessarium / et regibus et regnicolis id exiterit: et tunc iusta dispensandi causa fuerit: ad dispensationem dictis Serenissimis dominis Anglie Regibus in matrimonio seu super matrimonio predicto concedendam motus fuit.

¶ Nam sicut ipsius pacis contractatio / acquisitio / atq; firmatio (vt in tertia principali diximus dubitatione) iusta fuisset causa dispensandi: Parimodo pacis etiam iam firmate conseruatio / iustissima fuit causa dispensationem predictam concedendi. Quia non minus laudabilis / non minus expediens / non minus necessaria pacis conseruatio (postq; inter principes firmata fuerit) esse videtur: propter discordie periculum quod inter principes semper oriri speratur: q; et ipsa noue pacis acquisitio fuisse dicitur et affirmatur. Juxta illud Ouidij sic in proposito alio dicentis. Nec minor est virtus quam querere / parta tueri. 29

¶ Et hoc est quod per psalmistam Psalmo. xxxiij. scribitur. Inquire pacem et persequere eam. Idest labora vt pacem habeas: et post habitam non infringas: Sed eam interemerate conserua.

¶ Et quod Ecclesiastes. capitulo. quadragesimo primo dicitur. disciplinam in pace cõseruate filij.

¶ Et quod per Hieremiam. capitulo. xxix. scribitur. Querite pacem ciuitatis ad quaz transmigrare vos feci: et orate pro ea ad dominum. (Idest pro illius conseruatione) quia in pace illius / erit pax vobis.

¶ Bene facit tertus. in capitulo. precipimus. ibi ad pacem firmiter tenendam. ꝛc. Distinctio. Et in capitulo. hec quippe. circa finem ibi pacem quam predicant seruare studeant. tertia. questione sexta. Et quod traditur. in titulo tam in Rubrica q; in nigro de pace tenenda et eius violatoribus. Et de pace tenenda inter subditos et iuramento firmanda in vsibus seu.

¶ Quã pacis ⁊ amicitie cõseruationẽ valde desiderarũt / ⁊ in suis epistolis ad Jonathã

et iudeorum gentem misis/ Alexander atq; Demetrius reges laudarunt. vt scribitur Machabeorũ primo. capitulo decimo.

¶ Et propterea beatus Paulus ad corinthios secũdo. capitulo finali. in fine. bis verasebat. Cetero autem fratres gaudete: Perfecti estote/ exoramini idipsuz sapite: pacem habete: idest pacem conseruate/ et in eius conseruatione perseuerate: et deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Qui valde (vt in tertia principali diximus dubitatione) de tali pacis conseruatione letatur/ gaudet/ ac gloriatur.

¶ Ad quid enim pax ipsa tractaretur: ad quid acquireturq; firmaretur: Si posq̃ firmata fuerit/ minime cõseruaretur? Propter hoc enim acquiritur atq; firmatur: vt nullus scandalis atq; seditionibus locus detur: sed quiete atq; secure in pace et tranquilitate viuatur: Et ideo potius pacis conseruatio. (Cum finis acquisitionis existat) q̃ ipsa pacis acquisitio attenditur et consideratur.

¶ Sed quia pax semper incertum bonum est: Nam vt beatus de ciuitate dei. lib. xix. capitulo quinto. scribit Augustinus. Pax est incertum bonum: quoniam corda eoruz cum quibus eam tenere volumus ignoramus: etsi nosse hodie possemus: qualia cras futura essent vnq; nesciremus. Et cuz illius incertitudinez quotidie cognoscamus: quotidieq; regnandi/ dominandi/ et acquirendi cupiditate/ immo minima data occasione pacem rumpi atq; violari videamus:

¶ Cumq; dubia pro certis (teste seneca in tragedia hyppolyti) soleãt timere reges: Laudabiliter Summus põtifex dominus Julius secundus/ cum serenissimis dominis Anglie regibus in matrimonio predicto/ propter pacem inter ipsos conseruandam/ diutiusq; permanendam dispensauit. Cuius dispensatio (Cum ad ipsum pertineat dominum discordias et precipue principuz non solum presentes sed etiam futuras precauere et euitare: capitulo licet de uitanda. vbi hoc notant Cardinalis et doctores. de electio. et tradit latissime Lucas de pena. in. l. vnica. C. publice letitie vel consulum nuntiatores libro. xii. (nullatenus false cause pretextu infringi/ rescindi/ seu impugnari potuit.

¶ Et quamuis de scandalis atq; periculis/ futurisq; discordiis minime apparuerit: Supplicationi tamen principum pro conseruatione pacis dispẽsationem predictam petentium/ et pro dispensatione supplicantium adeo standum erit: quod nullatenus false cause pretextu eorum supplicatio/ dispensationisq; concessio/ infringi/ rescindi/ seu annullari poterit. Poterãt enim inter predictos Serenissimos principes secrete discordie cause esse: quamuis publice non apparerent. Et ideo cum ipsi suos secretos rancores/ suasq; secretas inimicitie/ futureq; discordie causas non ignorarent: (Quia in facto proprio ignorantiam quis pretendere non debet:) recte pro dispensatione ad matrimonium inter se predictum contrahendum obtinenda/ pro cõseruatione pacis et amicitie Serenissimi Anglie reges predicti supplicarunt: Justeq; et vere dispẽsationem predictam obtinuerunt: quã nunq̃ false cause pretextu impugnare aliqui poterunt: nec similem credo infringere potuerunt.

¶ Sic in simili scriptum decisumq; fuisse videmus. Nam etsi vbi quis ticio centum que sibi seyus debet legauerit: non constituto de debito/ illa falsa causa/ hoc est falsa illa debiti allegatio seu demonstratio vitiet legatum. l. legaui. cum similibus. ff. de libera. lega. Tamen si testator centum ticio per hec verba legaret: scilicet lego ticio centum que sibi debeo: Quamuis de debito nullo modo constaret: quia tamen testator secretam debiti causam habere potuit: nũq̃ false cause expressio legatum ipsum/ testatoruq; dispositionem vitiabit. vt ibi inquit rextus. et tradunt communiter doctores in. l. si sic. §. si mihi. vbi per Jasonem et modernos. ff. de lega. primo.

Et secundum ista non obstabunt que de falsa causa expressione dispensationem vitiante late superius adduximus et allegauim9. Quia quãuis propter falsam in dispẽsatione expressam causam dispẽsatio ipsa vitietur: nõ tamẽ dispẽsatio nostra Serenissimis dominis Anglie regibus concessa vitiatur: cum non falsa Sed immo vera causa in dispensatione predicta vt diximus exprimatur. Que in dubio quando a principe exprimitur: semper vera presumitur et reputatur: vt notabiliter tradit Baldus. in consilio. cccly. incipienti premittendum. volumine primo.

Digitized by Google

36 ¶ Quinimmo etsi causam fuisse falsam allegetur atq; prętendatur: Cum pro Summo pontifice dispensante et pro Serenissimis dominis Anglie regibus in supplicatione causam exprimentibus presumatur: Ad probandam causę falsitatem quaz Serenissimus dominus Henricus in predicta sua supplicatione veram esse asseruit: et in sua assertione et dispensationis approbatione Per longum tempus perseueranit: Dictus Serenissimus dominus Henricus Anglie rex/et non Serenissima domina regina ad probandam causę veritatem astringitur et obligatur. vt notabiliter voluit Joannes Andre. in additio. ad Specu. in titulo de clandestina desponsa. quod probat tex. in. l. puniri. C. si cōtra ius vel vtili. publi. et in. l. et si preses. C. de predijs et alijs rebus minorum sine decreto non alienādis. z̄ in. l. prima. C. si tutor vel curator falsis allega. excusatus sit. et in. l. prima. C. de falsa causa adiecta. et in. l. magis puto. ℌ. manet actio. cum similibus. ff. de rebus eorūz. Et voluerunt domini de Rota. in decisione. clxviij. incipi. Nota quod falsitas causę. et decisione. clxix. incipi. Nota quod vbi beneficio. in Antiquis. et decisione. lix. incipi. vnio facta. sub Rubrica de vnione beneficiorum. in nouis. ¶ Et hoc maxime procederet: vbi dispensatio/gratia/seu dispositio non solum in causa ibidem expressa sed in alijs etiā causis vt inferius dicemus se fundaret. vt tradit Cardinalis. in consilio. lxix. incipi. quoad primum dubiuz. columna secunda. Versiculo. Sed videtur. et in consilio. xcij. incipi. Fauendo pupillis. columna secunda. Versiculo secūdo obijcitur. Quid quid dixerit Oldra. in consilio. cclvj. incipi. Clemens Episcopus. sub titulo de rescriptis. Quamuis vbi de alterius causam non approbantis/nec pro dispensatione seu rescripto supplicantis preiudicio tractaretur: et ab eo falsitas causę allegaretur: Tunc impetrans veritatem causę probare teneretur. vt notabiliter consulit Calderi. post Ancho. de butrio. in consilio decimo. incipi. A possidet duo beneficia. Sub titulo de probatio. et voluit Joannes Andre. in capitulo primo. quem ibi sequitur Dominicus. de litis contesta. libro sexto. Panor. in capitulo constitutus. columna secunda. de rescriptis. et in capitulo finali. columna finali. de prescriptio. Socci. in consilio. clxviij. incipi. visa bulla. columna secunda. Volu. ij. et Philippus decius qui hanc dixit communem opinionem. in capitulo. porrecta. columna penultima. in fine. de confirma. vtili vel inutili. de quo per Joannem Andre. et doctores. in capitulo. ex parte. el primo. de priuilegijs. Como pi

37 ¶ Preterea etiam non obstant superius adducta: Nam dato et non concesso quod causa que in supradicta nostra dispensatione exprimitur/non vera sed falsa esset: nihilominus ad supradicta in oppositum adducta responderi posset: Scilicet vt predicta procedant: quando Summus pontifex alias non erat dispensationem concessurus: quo casu Bene falsa causę expressio dispensationem ipsam vt diximus vitiaret. Secus vero vbi alias Summus pontifex dispensationem ipsam vt in casu nostro concessurus esset: quia tūc nullatenus falsa causę pretextu eius dispositio vitiari/infringi/seu annullari posset. vt est textus notabilis quem ibi mirabilem dixit Abbas. in capitulo. ex parte. el secundo. ibi. cum sine qualibet tali causa ad ipsum ꝛc. de in integrum restitutio.

¶ Et quod in casu nostro Summus pontifex dominus Julius secundus Serenissimis dominis Anglie regibus dispensationem predictam alias esset concessurus/patet. Nam si cum pluribus alijs nō tante preheminentie et qualitatis/prout Serenissimi domini Anglie reges existunt: Immo longe minoris status ac conditionis Summus pontifex dispensauit: et in predicto et quocumq; alio consanguinitatis atq; affinitatis gradu (exceptis tamen parentibus vt in secunda principali diximus dubitatione) dispensare consueuit: Sine dubio credendum est quod multo melius/et multo facilius/predictis dominis Anglie regib⁹ (ne eisdem iniuria fieret: argumento. l. prime circa finem. ff. de aqua quotidia. et estiua) ex sola personaruz suarum prerrogatiua/que perse sola iustissima certe dispensandi causa fuisset: dispensationem predictam Summus pontifex prout concessit concessisset.

38 ¶ Est enim prerrogatiua persone/et precipue principum (vt in tertia principali diximus dubitatione) iusta causa dispensandi. vt est textus apertus. in. c. requiritis. ℌ. nisi rigor. et in. c. tali coniugio. prima. q. vij. et in capitulo. innotuit. de electio. et in. c. licet canon. eodem titulo. libro sexto. z̄ in capitulo. de multa. cum similibus de preben.

Digitized by Google

36 ¶ Nam propter reges/eorumq; filios aliquando iura transgrediuntur/ et canonica precepta laxantur. vt probat tex. in. c. finali. in principio. de officio. delega. libro. vj. et in capitulo. Ne aliqui. de priuilegijs. eodem libro. et in clementi. vnica. de baptismo. et est textus notabilis/in extrauagāti Execrabilis. Uersiculo. nos itaq. sub titulo de preben. et dignitatibus.

¶ Cum igitur in dispensatione predicta/ due principales iustissime cause considerentur: quarum quelibet ad dispensationem predictam concedendam sufficiens existit: scilicet tam pacis et amicitie conseruatio/ q̄ personarum prerrogatiua: nullatenus propter vnius cause falsitatem/ casu quo altera ex causis falsa fuerit: cum altera causa vera existat/ dispensatio vitiabitur: Sed potius valida firmaq; reputabitur.

40 ¶ Nam vbi in supplicatiōe/ rescripto/ gratia/ dispensatione seu priuilegio plura falsa et vera narrantur: si ex veris sequi potest effectus atq; conclusio: nunq̄ nulla/ nec surreptitia dici poterit dispensatio/ seu quecumq; alia ex causa facta prouisio. vt concludūt domini de rota decisione. cccccxv. incipi. Nota quod licet plura. in decisionibus Antiquis. et decisione. lxviij. incipi. licet. in nouis. allegant notata. in capitulo. ex parte. ⁊ capitulo. inter ceteras. et. c. olim. de rescriptis. et voluit Lapus Allegatione. xxiij. sub titulo de causa posse. et proprieta. Panor. in capitulo. ceterum. et in. c. Sedes. colū. ij. Uersicu. potest dari. vbi hoc communiter tenent doctores. de rescriptis. Butho. de butrio. in. c. exhibita circa finē. de iudicijs. ⁊ tradit Perusinus. in. c. si eo tēpore. de rescriptis libro. vj. 41 ¶ Bene facit quod notabiliter voluit Bar. in. l. Siventri. §. primo. Post glosam ibi. ff. de priuilegijs creditorum. notabiliter inquiens. Quod quando aliquid ex duplici causa cōceditur: licet altera ex causis defecerit: nihilominus ex altera causa cōcessio validabitur/ et sustinebitur: quem refert ⁊ sequitur Jason. alia similia adducēs in. l. de di. in principio. in prima. col. ff. de cōditio. causa data/ causa non secuta.

¶ Et quod non solum causa cōseruationis pacis et amicitie/ Sed etiam personarum et sic Regum predictoꝝ prerrogatiua/ Sūmum pontificem ad dispensationem predictam concedendum induxerit: clarissime in dicta dispensatione monstratur. ibi Autho ritate apostolica tenore presentium de speciali dono gratie dispensamus. ⁊c. Uoluit enim Summus pontifex Regibus predictis propter eorum excellentiam/ personarumq; prerrogatiuam dispensationis petite gratiam et donationem facere: et eisdem regibus de speciali dono gratie dispensationem predictam concedere.

¶ Et Quamuis ad donationem predictē faciendam/ predicta causa cōseruationis scilicet pacis et amicitie in supplicatiōe ⁊ summi pontificis dispensatione exprimatur et allegetur: Semper tamen in dubio in gratijs ac donationibus talis causa non finalis sed impulsiua reputatur: Propter cuius defectum seu falsitatem nullatenus concedentis dispositio vitiatur. vt notatur per glosam. Bar. et doctores. in. l. ij. §. fi. per textum ibi. ff. de donatio. et tradit Philippus corneus in cōsilio. cliij. incipi. in presenti cōsultatione. col. ij. vol. ij. 42

¶ Causa enim in omnibus gratijs ac priuilegijs inserta/ semper in dubio impulsiua ⁊ non finalis presumitur. vt tradit Philippus francus. in. c. decet. post Bald. et alios ibi. de regulis iuris. libro sexto. Bene facit. tex. in. l. prima. §. sexum. Cum similibus. ff. de postulan. et que tradunt Bald. et doctores in. l. generaliter. C. de episco. et clericis. Idem Bal. in. l. prima. ff. soluto matrimonio. Albericus in prohemio. ff. columna. v. circa medium. doctores. in. l. demonstratio et in. l. damus. ff. de conditio. indebiti. et in dicta. l. ij. §. finali. ff. de donatio. Paulus de castro. in consilio. ccexiiij. incipi. Super eo quod queritur. Uolu. primo. Alexander in consilio. xlviij. incipi. Uisis et acurrate ponderatis. columna secunda. volu. vj. Socci. in consilio. clx. incipi. in presenti consultatione. columna sexta. Uolu. ij. et Philippus corneus. in cōsilio. xxxv. incipi. semper mihi fuit. col. ij. volu. iij. 43

¶ Et ideo qui causam finalē dixerit: id probare debet. vt inquit Paulus de castro. in. l. finali in fine. ff. de conditio. causa data. quē refert et sequitur socci. in consilio. lxxxiij. incipi. pro certo. in fine. vol. iij. 44

¶ Si enim causa conseruationis pacis et amicitie que in dispēsatione exprimitur: nō finalis sed impulsiua reputatur: cum ad dispensationem predictam concedendam propter principum etiam prerrogatiuam summus pontifex moueatur: nullatenus illius defectu seu falsitate dispensatio vitiari potest/ nec vitiatur.

Digitized by Google

45 ¶ Non enim semper rescriptū ex falsa causa seu propter falsam supplicationem obtētum/rescinditur ⁊ anullatur: Sed quedam distinctio (scilicet an falsitas sit circa substantialia/an non) adhiberi solet et cōsideratur. vt notabiliter consuluit Baldus. in cōsilio cccxlj. incipi. proposito statuto. vol. v.

46 ¶ Et ꝓpterea dici solet: Quod falsitas cause que ad concedendum non inducit: gratiā vitiare nō debet. Prout notat et inquit Innocen. in. c. in nostra. in fine. de rescriptis. et in. c. cum nostris. de cōcessio. preben. quem referunt et sequuntur domini de rota/decisione. cccl. incipi. nota quod ista falsitas. in Antiquis. Benefaciūt q̄ Panor. et doctores scribūt. in. c. super litteris. de rescriptis. et in. c. significante. eodem titulo. et domini de rota. in conclusionibus suis Per Bernardum de bisgneto recollectis. conclusione. xix. sub titulo de preben.

47 ¶ Quinimmo et si omnes cause que in predicta dispensatione exprimūtur/false essent: adhuc in foro contentioso (precipue si scandala inde ex dispēsationis anullatione vt in casu nostro oriri sperarentur) dispensatio sustineri potuisset: et tūc valida atq̄ firma (falsitate cause minime obstante) dispēsatio predicta extitisset. vt est textus notabilis satis clarus et apertus. in. c. quia circa. Per quē ita ibi communiter cōcludunt doctores. de consangui. et affinita. Et quod in casu nostro Ex dispensationis predicte cassatione/ revocatiōe/ seu anullatione/ matrimonijq̄ dissolutione/ magna bella/ magnaq̄ scandala inter christianos principes (Quod deus avertat) oriri sperentur: res indicat ipsa. Est enim Serenissima domina Catherina regni Anglie regina/ vestre sacre Cesareeq̄ Maiestatis/ nec non Serenissimorum dominorū Ungarie et Dinamarche regū matertera. Et Serenissimo domino Portugalie regi Alijsq̄ per multis magnis principibus arctissimo sanguinis nexu coniuncta: Qui nullatenus ipsam presenti regno/ nec futuro filiam spoliari permittent. Sed eam iuraq̄ sua ita clara/iusta et aperta totis viribus defendent: et imperia/regna/ atq̄ personas pro illius defensione ponent. Ut igitur tantis et tā magnis dissentionibus (que ex predicta matrimonij dissolutione ⁊ dotis ac donationis propter nuptias restitutione oriri solent: Juxta notata Per glosam et doctores. in Rubrica. de donatio. inter virum et vxorem.) Locus nō detur: sine dubio dispensatio p̄dicta Serenissimis dominis Anglie regibus super matrimonio predicto cōcessa etiam si concessionis cause false essent in foro contentioso sustinebitur.

48 Non obstat qđ de cause cognitione quā a summo pontifice in dispensatione seu pro dispensatione concedenda adhibēdam esse diximus: Quia in inferioribus iudicib⁹ dispensantibus casu quo ipsi dispensare possunt: et non in summo pontifice qui omnimodam liberamq̄ dispensandi potestatem habet/ predicta procedunt: et quādo super his que a iure diuino seu naturali prohibentur dispēsatur/ intelligi debēt. In positiuis enim (prout in casu nostro/ Qui nō iure diuino sed positiuo tantum et humano vt in prima principali diximus dubitatione prohibetur:) nulla de necessitate in principe dispensante cause cognitio requiritur. vt cōmuniter concludunt doctores. Tam hostiē. q̄ Panor. Imola et oēs. in. c. diuersis. de clericis coniuga. Prepositus Alexandrinus. et communiter doctores. in. c. requiritis. §. nisi rigor. in fine. prima. q. vij. Quamuis si cause cognitio de vbanitate adhiberetur: illius adhibitio laudaretur et approbaretur.

49 Non obstat etiam quod vltimo loco de cardinalium concilio in arduis requirēdo/ et de eorum consensu adhibendo superius diximus: Quia etsi quamplurimi doctores hoc afirment: communiter tamē omnes contrarium tenent. Potuit enim summus pontifex/ potest/ et semper poterit absq̄ dominorum Cardinalium concilio atq̄ consensu ardua explicare: et super omnib⁹ quantumcumq̄ arduis prouidere/ statuere/ et dispensare. Adeo quod si cōsuetudo in contrarium esset: minime talis consuetudo valeret. Quam opinionem tenuit. Hos. notabilis. in. c. fundamenta. §. decet namq̄. in verbo contingeret. de electione. libro. vi. notabiliter iuncto textu inquiens. Nō quāuis de decentia et vbanitate Cardinalium concilium sine consensus in arduis requiratur: Non tamen ad ita fiendum/ et Cardinalium concilium requirēdum Summus pōtifex arctatur et obligatur. Idem voluit Bal. in dispensationibus loquens: in. c. inter corporalia. col. ij. In principio. de translatio. episco. Doctores cōmuniter. in Rubrica. vbi Barba. Felinus/ et Philippus decius hanc dicunt communem opinionē. de constitutio. Hostien. Panor/ et cōmu-

50

niter omnes. in. c. ex gestis. de clericis nō residen. Ubi communiter etiam concluditur: posse summum pontificem/ aliquem ex cardinalibus etiam alijs nō vocatis/nec requisitis deponere: aliterq; punire. Idem Panor. in. c. litteras. col. iij. versiculo. Item nota glosam. ibi et puto quod possit. de restitutione. Spolia. Et in sua prima disputatiōe incipi. episcopus ⁊ quidam rector. in. vij. columna. dum se remittit ad ea que ipse dixit. in. d. c. ex gestis proxime allegato. Idem tenet Albericus de rosa. qui hanc dixit communem opinionem. In Rubrica. C. de legibus. et in. l. humanū. vbi idem tenuit. Lynus/et Petrus de bella pertica. eodem titulo. Petrus Rauen. in cōclusionib⁹ suis. in. vij. colum. Paulus de castro. in cōsilio. cccxviij. incipi. in facto presenti. in penulti. col. Joānes de anania. in. c. firmissime. vbi hanc dicit communem opinionem. de hereticis libro. vj. Et hanc tamq̄ communem tenuit Dominicus. in. c. super eo. eodem titulo. Prepositus Aleran. Hanc etiam dicēs communem esse opinionem. in. c. in istis. in principio. xiij. Distinctio. Allegat Innocē. Ita tenuisse/in Clemēti. Pe Romani. de electio. Et Bellāmerā. in. c. in synodo. lxiij. distinct. Idem Prepositus Alexā. et Joānes de turre cremata ambo Cardinales. in capitulo. cuz redēptor. Post Hug. ibi. xij. q. ij. Jasson. in. l. placet. in prima lectura. columna. iij. in principio. C. de sacrosanct. eccle. August. de ancho. in suo tractatu. de potestate ecclesie. quē refert et sequitur Archiepisco. Florenti. in tertia parte sue summe. titulo. xxij. c. v. §. v. Ubi communiter cōcludunt: Cardinalium requisitionem etiam in sanctorum canonizationem. (Quāuis sanctorum canonizatio res ardua existat:) minime esse necessariam. Predictam etiā opinionem tamq̄ cōmunem secutus est Joannes de turre cremata. in. c. erit autem lex. in. §. Ideo. xiij. Distinctio. Rochus de curte. Hanc etiam communem inquiens esse opinionem. in. c. finali. col. ix. circa medium. de consuetudine: et Philippus decius: in. c. Edoceri. columna penultima. de rescriptis. Et ista est magis communis immo indubitabilis opinio: aqua in iudicando et consulendo nullatenus existimo recedendum.

52

53

¶ Nam si summus pontifex solus Cardinales potest et solet creare. vt notant Joannes andre. Anthō. de butrio. et communiter doctores. in. c. Sane de cōuersione cōiugā. et est Glo. notabilis. in clemēti. Pe Romani. in verbo potestatis: quam ibi ponderat Abbas. de electio. Et eos vt diximus solus potest punire: Et cōstitutionibus in cōciliis editis (vt late in secunda principali dubitatione/ in responsione ad primum partis negatiue fundamentum. folio: xxxiij. col. ij. cum sequenti) potest derogare. Multo fortius absq̄ dominorum Cardinalium concilio/ardua poterit explicare: et in arduis et sup arduis statuere ⁊ dispēsare.

54

¶ Ille enim qui plenam integram atq̄ liberam habet administrationem: Nō tenetur alterius cōcilium ruminare. vt inquit. Bal. in. c. primo. in prima col. de his qui feudum dare possunt. Pro quo facit. glo. notabilis. in. l. iiij. et meuium. §. primo. ff. de administra. tutorum. Sed immo absq̄ alterius consensu poterit actum expedire. Secundū glosam. in clementina dudum. §. si vero. in verbo libere. de officio delega. libro sexto.

55

Quia alias liber consensus dici non posset: qui alterius arbitrium/ consilium siue consensum exposceret. c. super eo. cum similib⁹. de conditio. appositis.

Non obstat textus in. d. c. per venerabilem in oppositum superius adductum qui filij sint legiti/quia ibi non dicitur neq̄ probatur: Dominorum Cardinalium concilium de necessitate esse a summo pontifice in arduis exigēdum: Sed de vbertate id quod ibi dicitur est intelligendum. Vel illa verba et facies quecumq̄ dixerint: non sunt ad summum pontificem sed ad consulentē super facto ambiguo referenda.

Ex quibus omnibus Inuictissime Cesar euidenter atq̄ notorie patet: dispensationem predictam a sanctissimo domino Julio secundo Serenissimis dominis Anglie regibus super matrimonio predicto cōcessam: falsa causa pretexta/ et propter defectum cause cognitionis nō adhibite: necnon propter defectum consensus Cardinalium nō prehabiti nec requisiti/ nullatenus impugnari posse nec potuisse: Sed immo firmam/ validamq̄ fuisse: Sicq̄ tenendū/ concludendum/ sequendum/ affirmandum et iudicandum esse. Et quia satis copiose videri nostro hanc quintam dubitationē examinauimus: ad sextam principalem dubitationem etsi arduis magnisq̄ fidei negocijs impediti simus accedamus.

Digitized by Google

SEquitur sexta principalis dubitatio scili cet An causa conservationis pacis ⁊ amicitie q̄ in suprascripta dispensatione expressa fuit/ monstrabitur falsa/ ⁊ dispensatio surrepticia: eo quod Serenissimus dominus Henricus tunc impubes erat: et concupiscentiam atq; discretionem ad conservationem pacis non habebat.

QVātum ad istā sextam principalem dubitationem / videbatur Invictissime Cesar prima facie esse dicēdum: Ex Serenissimi domini Henrici tunc impuberis pro dispensatione supplicantis/ discretionis atq; consensus defectu/ dispensationem predictam nullam esse: minimeq; cum eo Ad matrimonium predictum contrahendum dispensari potuisse. Vulgatissimum est enim/ de legitimatione ad dispensationē esse validum Argumentum. vt communiter concludunt doctores. in l. Gallus. §. Et quid si tantum vbi dixi. ff. de liberis et p[illegible] bu. et in. c. per venerabilem. qui filii sint legitimi. Quia legitimatio vim ⁊ [illegible] dispensationis habere dicitur. vt late scribit Alexāder. in consilio. ccij. incipi. visa legitimatione. col. v. vol. ij. Sicut enim legitimatio absentis/ ignorantis/ seu consensum non adhibentis/ vel adhibere non valentis/ nullius existit roboris: quia nemo invitus/ absens/ ignorans/ et insciens legitimatur. Sed legitimati consensus exigitur. vt voluit Guiliel. de cugno. in l. benignius. Quem ibi sequitur. Bal. ff. de legi. Idē Bal. in aūc. Preterea. C. de natura. libe. et in l. veteres. C. de adoptio. et in consilio. ccevj: incipi. proponitur. in. v. col. Marti. lauden. et Raphael fulgo. in l. inviti. ff. de bis qui sunt sui vel alie. iuris. Paulus de castro. in consilio. xxij. incipi. visis omnibus. col. prima. vol. ij. Ludo. Roma. in cōsilio. clxxxiij. incipi. in proposita conclusione. col. ij. Versiculo quarto dubitatur. Antho. de butrio. in. d. c. per venerabilem. et probat textus. in aūc. quibus modis natu. effi. sui. §. illud tamen. Versiculo generaliter autem. collatione. vij. Ita et impuberis consentire non valentis dispensatio/ nullius debet esse firmitatis. Nam quidquid impuberes vidēt: non intelligūt sed ignorant. vt inquit tex. in l. prima. circa finem. C. de falsa moneta. Et ita interminus in dispensatione per impuberem a Summo pontifice impetrata/ quod ex discretionis defectu nullatenus valeat: nec alicuius valoris existat: consuluit Petrus de Ancharra. in consilio. ccxlj. incipi. Ex tenore privilegij. quē refert et sequitur Feli. in. c. Nō super. col. ij. in principio. de fide instrumen. ¶ Preterea et secundo accedat. Nam petendo quis ad matrimonium contrahendū dispensationem et eam obtinendo/ taliter ad matrimoniū Illud consumandū astringitur et obligatur: quod post obtentam dispensationem / aliqus ipsius impetrātis variatio seu dispensationis contradictio non admittitur/ Attenditur/ nec consideratur. vt notabiliter voluit Roma. in singulari. ccccclxxxvj. incipi. An subdiaconus. allegat textum singularem. in l. matrimonij. ff. de ritu. nuptiarum. et in l. matrimonij. cum similibus. ff. qui et a quibus. Sed cum impuberes se obligare etiam naturaliter minime possint. l. quod pupillus. ff. de condictio. indebiti. l. pupillus. ff. de actio. et obligatio. Quia similes sunt pdigis/ quos nullo modo in ciuilibus obligari posse reperimus. l. is cui bonis. cum ibi notatis. ff. de verborū obligatio. Et similes furiosis existunt: quorum voluntatem invalidam/ nullamq; reputamus. l. furiosi. cum similibus. ff. de regulis iuris. Merito talem dispensationem impetrare minime posse dubitare non debemus.

¶ Impuberes enim et precipue infantes seu infantie proximi nec velle nec nolle habent. l. pupillus. ff. de regulis iuris. Et ideo cum nec scire nec quicq; discernere possint: Nec stabilem mentem habeant: Et infirmum eorum sit iudicium. l. finali. ff. de manumissis vindicta. nullatenus voto obligā tur. vt est textus apertus. in. l. ij. cum similibus. ff. de pollicitatio.

¶ Nec etiam testamenti factionem habere videtur. l. qua etate. ff. ō testamē. l. finali. C.

1

2

3

4

5

6

7

8

Digitized by Google

de testamen. Militis. § preterea. cum similibus. instituta. quibus non est permissum facere testa. Etiam si ad pias causas impuberes ipsi testarentur. vt notabiliter voluit Bar. quem ibi communiter sequuntur doctores. in. l. prima. in secunda. q. C. de sacrosanct. eccle. doctores communiter. in. d. l. finali. et in. d. l. qua etate. et. l. si queramus. ff. de testamen. Bal. Paulus de castro. Aleran. Jasson et omnes in. l. si frater. C. qui testamen. facere possunt. Philippus Franceus. in Rubrica. in. liij. q. de testamen. Petrus de Ancharra. Joānes de imola ⁊ alij. in capitulo secundo. eodem titulo. Benedictus de benedictis. in consilio. lxxxv. incipi. cum viso et considerato prefato puncto. columna secunda. in fine. Barba. late. in consilio. lviij. incipi. Clementissimi dei patris. col. prima. cum sequentibus. Volu. primo. Jasson. in. l. rescripta. C. de precibus Impera. offeren. et in aūc. sacramenta puberū. C. si aduersus vēditio. Philippus decius. in. l. pupillum. ff. de regulis iuris. et Guiliel. Benedictus. in repeti. C. raynutius. in verbo. adiecte impuberi. de testamen.

¶ Quod in tantum procedit: et in tantum inhabiles/ac discretionis incapaces impuberes ipsi existunt: Quod nullatenus/per rescriptum/ priuilegium seu principis dispensationem testandi facultatem consequi possunt. Immo si talis dispensatio atq; testandi facultas eisdem a principe concederetur: certe nulla/ nullius q; valoris et efficatie tam principis concessio/ ꝙ eorum dispositio reputaretur. vt cōcludunt. Bar. Bal. et communiter doctores. in. l. rescripta. C. de precibus Impera. offeren. doctores communiter in locis superius allegatis. et voluit Bal. in. l. vnica. in. xvj. col. Uersiculo quero que sunt exempla. C. de cōfessis et Bar. in. l. neq; ff. de testamento militis.

¶ Et sicut impuberes Propter eorum imbecillitatem non possunt testari: parimodo non possunt causa mortis donare. vt est textus notabilis. in. l. prima. in principio. ff. de tutelis et ratio distraben. quem vnicum et singularem dixit Bal. in. c. cum omnes. col. vij. Uersiculo querit insuper collecta. de cōstitutio. Joannes de imola. et communiter doctores. in. l. ij. in fine. ff. de lega. primo.

¶ Quinimmo nec per se possent hereditatem adire: nec bonorum possessionē agnoscere. l. bonorū. C. qui admitti. l. potuit. C. de iure de liberan. l. more. et. l. pupillus si fa

ri. cuz similibus. ff. de Acquiren. here. Qō procedit etiam si lucrosa et opulēta talis hereditas fuerit: vt communiter i dictis locis doctores concludunt. et voluit. Bal. quem ibi etiam communiter doctores sequuntur. in. l. quod fauore. col. ij. in tertia oppositione. C. de legibus Ange. in. l. mutuum. ff. de acquiren. here. doctores communiter. in. § sed neq; cum similibus. instim. de auctoritate tutorum.

¶ Et propterea dici soler: quod cum impuberes iudicio careant: ingratitudinis causam committere/ et per consequens exhereditari minime possunt. l. siquis in suo. § legis autem. cum similibus et ibi cōmuniter doctores. C. de inofficioso testamento. 12

¶ Sic et in capitulo (etiam si consuetudo in contrarium existat (vocem habere non possunt. vt notat Ange. in. l. prima. § pueritiam. circa principium. ff. de postulan. quez refert et sequitur Rochus de curte. in. c. finali. col. lxxix. Uersiculo. duodecimo infertur. de consuetudine. 13

¶ Nec in numero ad inducendam consuetudinem computantur. vt tradit idem Rochus de curte. in. d. c. finali. in. lx. col. Uersiculo primo queritur. post Antho. et alios ibi. Et voluit Lynus. Bar. et doctores. in. l. ij. C. que sit longa consuetu. Pro quibus facit tex. in. l. ad rem publicam. ff. de mune. et hono. et. in. l. spurij. § primo. et. l. non tantum. § primo. ff. de decurio. 14

Sed predictis Invictissime Cesar minime obstantibus que in veritate nōobstant: cōtrariam sententiam/ contrariamq; opinionem existimo veriorem. Nam quānis verum sit/ Serenissimuz dominum Henricum impetrationis dispēsationis tempore impuberem extitisse: ipsumq; pro dispensatione predicta eo tempore supplicasse: Et causam conservationis pacis et amicitie ad dispensationem obtinendam allegasse et adduxisse: Non propterea dicendum est: dispensationem predictam ex discretionis defectu vitiari posse seu potuisse. Nec propterea surrepticiam/ causam predictam in supplicatione expressam reputari debuisse. Possunt enim impuberes Spōsalia/ quinimmo et matrimonium per verba de presenti (licet illud ad sponsalia iuris dispositione trahatur/ cōtrahere. et inde pu 15

blice honestatis iusticie impedimentum inducere. c. litteras. c. Accessit. c. Continebatur. capitulo finali. de desponsa. impube. et capitulo vnico. cum similibus. eodem titulo libro. vj. Si igitur pupilli possunt matrimonium vel sponsalia contrahere: Ita et dispensationem ad matrimonium seu sponsalia contrahendum poterunt impetrare.

16 Quotiens cunq; enim alicui nonnulla tribuimus / permittimus atq; concedimus: Et omnia illa sine quibus eadem explicari minime possunt: concessa fuisse non ignoramus. c. preterea. c. suspitionis. de officio delega. li. cum multis similibus / ibi per Jasonem et modernos adductis. ff. de iurisdictio. omni iudi. Et que de actu aliquo iudicamus: eadem et de his perque peruenitur ad actum iudicandum esse nullatenus dubitamus. l. prima. §. vsusfructus. ff. si vsus fructus petatur. l. binas edes. ff. de seruitu. Verba predictoꝝ. l. Item sic. §. qui habet bausfactum. et. l. quintus mutius. ff. de seruitut. rustic. predi. l. si quis sepulchrū. in principio. ff. ō religio. et sumpti. funer. l. oratio. ff. de spōsa. et in notabili casu tradit Paulus de castro. in consilio. cclxxxvj. incipi. videtur. col. prima. vol. ij. ¶ est textus. in. l. seruum filij. §. finali. ff. de legatis primo. l. damnas. §. qui duas cum similibus. ff. de vsufructu. lega.

17 ¶ Et propterea sicut impuberes ad sponsalia et matrimonium per verba de presenti contrahendum / iudicium / consensum / atq; discretionem habere reputantur: Parimodo pro dispensatione impetranda et obtinēda (per quam ad sponsalia ac matrimonium celebriandum peruenitur: et sine qua matrimonium inter prohibitos minime recte contrahitur:) iudicium atq; discretionem impuberes habere iudicantur. Non enim ex impuberis matrimonio impedimētum aliquod

18 oriretur: nec ad sponsalia impuberis matrimonium traheretur: Si ex illius consensus atq; discretionis defectu / matrimoniuꝫ fuisse nullum diceretur. Nam quod nullus est: nullum effectum producere solet. l. non putauit. §. non quevis. ff. de contrahen. l. iiij. §. condemnatum. cum similibus ibi p Jasonem et moder adductis. ff. de re iudica. et notatur per glosam ¶ doctores. in. l. si pater. C. ne de statu defunctorum. Sed cum ad sponsalia impuberis matrimoniuꝫ per verba de presenti contractum trahatur: ¶ impubes habilis ad sponsalia contrahendum reperiatur: Indeq; publice honestatis impedimētum oriatur: Sine dubio consensum / iudicium atq; discretionem saltem quātum ad ista (vt Joannes de imola. in. d. c. vnico scribit:) impuberem habere et habuisse nō dubitatur. Propter cuius defectum nulla tenus dispensatio invalida seu surrepticia reputatur.

19 ¶ Et ideo cum impuberes iudicium atq; discretionem habere videantur: capacitatē ad quamplurima habere existimantur.

¶ Possunt enim milites creari / Et militū Capitanei fieri. l. finali. vbi latissime per doctores. C. de testamē. militis. l. prima. C. de mune. et hono. l. finali. C. de dignita. libro. x.

20 ¶ Et possunt institores ac exercitores institui. l. prima. §. parui. ff. de exercitoria. l. sed et si quis. §. primo. ff. de institoria.

21 ¶ Et procuratores ad negocia (vbi de solius constitutē tis preiudicio tractatur) cōstitui. vt probatur. in. l. prima. §. ceterum. vbi hoc communiter tenent doctores. ff. de acquiren. posse. et tradunt doctores. in. l. exigendi. C. de procura. et in. l. minor. xxv. annis. ff. eodem titulo. quamuis secus esse videretur: vbi de alterius preiudicio tractaretur. vt est textus apertus. qui ita intelligi atq; declarari debet. in capitulo. generaliter. §. licet. de procura. libro sexto.

22 ¶ Hinc est: quod etiā impuberibus sacri ordines ac ecclesiastica beneficia administrationem et animarum curam habentia nullatenus conferātur. c. Rote. et. c. pueri. prima. q. vij. c. cum in cunctis. de electio. c. iudecorum. de etate et qualitate. c. super inordinata. cum similibus. de preben. Beneficia tamen / dignitates / Canonicatus atq; alia officia simplicia administrationem non habētia bene eisdem conferuntur. c. ex insinuatione. de symonia. c. ex eo. vbi per Philippuꝫ francum. et doct. de electio. libro. vj. Notatur per glosam et doc. in. c. finali. de iudiciis eodem libro. Quod etiam voluit. Glosa. in. c. de bis. xxviij. distinct. Bal. post Odofre. in. d. l. finali. quem ibi sequuntur doctores. ff. de testamen. militis. et in. l. finali. col. prima in fine. Verficu. Et ideo fuit questio. C. senten. rescindi non posse. et in. l. sed ¶ milites. §. iamautem. et in. l. administrantes. §. qui corporis. ff. de excusatio. tutorum. et in. c. primo in principio. Per quos fiat investitura. in vsibus seu. Innocen. et docto. in. c. ij. de Etate et qualitate. et in. d. c. super inordinata. de preben. et in. c. si eo tempore. de rescriptis / libro. vj. ¶ tradit Federicus de se

nis. in consilio. xlix. incipi. Domine raynuti. et in consilio. cxxxij. incipi. Casus est talis. et late Philippus decius. in. l. femine. §. Item impuberes. col. ij. ff. de regulis iuris. Pro quibus facit. Nam si impubes capax existit ad minores ordines recipiendum: vt traditur per glosam et doctores. lxxviij. distinctione. in summa. et in clementi. finali. de etate et qualitate. Ita habilis et idoneus erit/ad simplicia beneficia obtinendum. argumento text. in. c. accepimus. cum similibus. eodem titulo.

23

24 ¶ Hinc enim videmus impuberem absq; tutoris auctoritate posse possessionē acquirere. l. prima. §. adipiscimur. et. l. quamuis. §. infans. vbi doctores magnam circa hoc faciunt distinctionem. ff. de acquirē. posse. l. donatarum. cum similibus. C. eodem titu.

25 ¶ Et etiam reperimus absq; iudicis decreto posse pacem facere: non obstante statuto disponente pupillum non posse absq; iudicis decreto contrahere. vt singulariter consuluit Panor. in consilio. cviij. incipiēti. Illud in effectu de iure queritur. Volumi. ij. quem referunt et sequuntur doctores. in. l. pactum curatoris. C. de pactis. de quo per Lynum. et doctores. in. l. prima. de in integrum resti. minorum.

26 ¶ Et si patronus pupillus existat: inuenimus posse absq; tutoris auctoritate clericū presentare. vt notant Joannes andre. Hermita. et communiter doctores. in capitulo. ex eo. de electio. libro sexto. Archidia. et doctores. in. c. decernim⁹. in principio. xvj. q. vij. et voluit Panor. in. c. finali. de concessio. preben. et in. c. primo. de iure patronatus. Bal. in consilio. clxvij. incipi. ordinatio testamenti. Volu. iiij. Lapus allegatione. viij. incipi. presentatus. in principio. et allegatione. lxxv. incipi. casus talis est. in penultima. columna. Petrus de Ancharrano. in consilio. cccly. incipiē. viso puncto et questis. Antho. de butrio. in consilio. xxix. incipi. visis. Calderi. in consilio. ix. incipiē. Populus ecclesie. sub titulo. de iure patronatus. domini de Rota. decisione. cccxxi. incipi. Nota glosam. in antiquis. et late Rochus de curte in tractatu suo iuris patronatus. in verbo. competens alicui. in tertia. et quarta. questio.

27 ¶ Et in quamplurimis aliis casibus (qui per glosam magistram. in capitulo. ex parte. de restitut. Spolia. referuntur) minores reperimus habilitatem et capacitatem habere. In quibus sine tutoris auctoritate possunt procuratores constituere. vt communiter concludunt doctores. in. l. neq;. C. de procura.

¶ Cum igitur ad predicta et similia faciendum/iudicium/habilitatem/discretionem et capacitatem impuberes habere videantur: non video quare a dispensationis impetratione pro matrimonio contrahendo tanq; inhabiles et incapaces excludantur. Nā etsi alicuius habilitas siue consensus necessarius existat ad agendum: minime tamen necessarius existit ad impetrandum: et ad dispensationem predictam obtinendum. 28

Qui enim propter sue persone inhabilitatem prohibetur agere: non propterea (nisi in casibus a iure expressis) censetur prohibitus impetrare. vt notat Joannes Andre. in additio. ad speculuz. in titulo. de rescrip. presenta. §. qua ratiōe. i fine. Panor. Imo la et doctores. in capitu. edoceri. de rescriptis. et in. c. Causam q;. de iudicijs. et voluerunt domini de Rota. decisione. clxxv. incipi. commissio impetrata. in nouis decisionibus. Pro quibus videtur textus notabilis. in. l. vniuersis. cum similibus. C. de precibus impera. offeren.

¶ Quod precipue et sine dubio procederet: vbi impetratio ac impuberis supplicatio non in eius damnum/sed in sui fauorem atq; vtilitatem (prout in casu nostro factū fuit) redundaret: Quo casu consensus/iudicij atq; discretionis defectus nunq; supplicationem/impetrationem siue dispensationem ipsam vitiaret. Ubicūq; enim alege vel statuto quidam cōsensus/quedamq; solēnitas in actu ab aliquo fiēdo in eius fauorem exigitur: Quamuis dictus consensus dictaq; solennitas vel aliud quodcumq; requisitum/in actu in eius fauorem facto minime adhibeatur: nihilominus actus firmus/validusq; reputatur. vt probat textus notabilis. in. l. Non eo minus. C. de procura. et in. l. neq;. C. de contraben. et committen. stipula. et in. l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transactio. et in. l. obligari. ff. de auctо. tutoruz. et in. l. Iscul bonis. ff. de verborum obliga. et in. l. Cui bonis. ff. de nouatio. Institutu. de autho. tutorum. in principio. et in. §. pupillus. cuz similibus. de inutilibus stipula. Et voluit glo. notabilis. in. l. ij. quam ibi communiter sequuntur doctores. ff. de acceptila. Notabiliter inquiens. Quod etsi minor obligari minime possit: 29 30 31

Tamen si ad finem vt liberetur et sic in sui fauorem se obligauerit: Bene dicta obligatio valebit: cum talis tūc obligatio ad illius comodum et vtilitatem facta fuerit.

32 ¶ Ex quo Inferūt ibi Ange. Imola. ⁊ doctores. Quod si statuto caueatur: pupillum vel mulierem non posse sine propinquorum consensu contrahere. Tale statutum locum habere non poterit: vbi mulier siue pupillus vtiliter absq; eorum consensu contraxerit. quod voluit etiam. Bald. in. l. contra iuris. ff. de pactis. Et in dicta. l. neq;. Ludouicus Roma. ⁊ communiter doctores. in. d. l. Is cui bonis. et in consilio. cccxvj. incipien. circa propositam consultationem. et in consilio. cccclxij. incipi. visa principali constitutione. Ange. Imola. ⁊ doctores. in. l. mutū. ff. de acquiren. here. Idem. Ange. in consilio suo vltimo. cccxvij. incipi. statutum. Alexander. in consilio. lxxvj. incipi. videtur. col. secunda. in fine. Volu. v. Barba. in dicto. c. Edoceri. colū. ix. de rescriptis. et in consilio quinto. col. v. et consilio. xxxix. incipientib⁹. Bene etenim. col. vij. vol. iij. et in consilio. xlj. incipi. in mortalitatem. col. ij. vol. iiij. doctores communiter. in. c. causam. col. iiij. in fine. de iudicijs. Jasson. in. l. qui iurasse. col. prima. ff. de iure iuran. ⁊ Joannes Lupus de palacios rubios cobispannus noster. in repeti. Rubrice. Folio. xlj. col. prima. secundum meam impressionem. de donatio. inter virum et vxorem.

33 ¶ Et ideo notabiliter dicebat Bal. in. l. vnica. col. finali. Versiculo. modo queritur. C. si seruus extero se manda. emēdum. Quod si Abbas vel pupillus re vera pro alio ad emendum interpositus fuerit: omnia iura sua illi cuius nomine emit etiam sine superiorum decreto remittere poterit. Quia talis remissio absq; illius damno atq; incomodo facta extitit: quod memi tenendum esse dixit. allegat textum singularem. in. l. iiij. §. nihil autem. Versiculo. nam et si pupillus emat. ff. de manumissio. Bene facit/ quod Paulus de castro voluit. in. l. sed ⁊ si quis. quam legit cum. l. quicumq; §. si ab alio. ff. de institoria.

34 ¶ Alibi dicebat idem Bald. in Rubrica. C. de rescinden. vendi. Quod licet contractus ab aliquo in carcere factus non valeat: cum ⁊ ille sui propriī corporis dominus nō existat. l. qui in carcerem. cum similibus. ff. quod metus causa. valet tamen si talis contractus in sui fauorem/ vtilitatem/ libertatem atq; liberationem tendat. idem voluit ipse Bal. in. l. ab eo. col. ij. Versiculo. de eo qui est in carcere. C. quomodo ⁊ quando iudex. et tradunt communiter doctores. in. l. qui a latronibus. cum similibus. ff. de testamen. Bene facit textus. in. c. Quod quibusdam. de fideiusso. et Glo. in. l. si tutor. C. in quibus causis in integrum restitu. non est necessaria. et in. l. prima. C. qui legitimam personam. et quod Anthonius notat. in. c. cum olim el. ij. de priuilegijs. et Dominicus. in capitulo primo. columna prima. de pactis. libro sexto.

35 ¶ Quinimmo dato quod nullum comodum/ nullamq; vtilitatem ex suis contractibus suisq; dispositionibus impuberes ipsi consequerentur: nihilominus tamen vbi ipsi facerent/ ea que prudentes et sapientes facere solent et debent: eorum dispositiones firme valideq; apud omnes iudicarentur. Pro vt de cuiusdam furiosi testamento/ Quod per senatores (eo quia recte iuste et sapienter ordinatum extitit:) approbatum fuit/ maximus scribit atq; narrat Valerius. Sic in libro septimo. titulo octauo. de testamētis q̄ rata māserunt. capitulo. dcclxxxvj. His rescissorum (inquiens) testamentorum exemplis contenti/ attingamus ea que rata manserunt: cum causas haberent propter quas rescindi possent. Quam certe q̄ etiam note infamie Luditanus: vt pote qui populo nummos esparserit: togamq; velut tragicam vestem in foro trahens maximo cum hominum risu conspectus fuerit: ac multa his consentanea fecerit: Testamento filium instituit heredem: quod. L. longus/ sanguine et proximus/ haste iudicio subuertere frustra conatus est. Magis enim centum viri quod scriptum esset in tabulis/ q̄ quis eas scripsisset/ considerandum existimauerūt. quem refert et sequitur. Joan. Andre. Tale furiosi testamētum validum esse affirmans. in. c. finali. in finalibus verbis. de successio. ab intestato. et voluit Bald. in. c. primo. in principio. Per quos fiat investitura in vsibus feu. Ludouicus Roma. et Alexan. in. l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt. Idem Alexan. in consilio. xlj. incipi. Natureq;. col. prima. vol. primo. Soccinus. in consilio. xcviij. incipi. alias consului. col. v. in principio. volu. iij. Philippus comeus in consilio. lxix. incipi. visis non nullis actis. columna. vij. Versiculo. ⁊ quod ex qualitate. vol. primo. et in consilio. lxxiij. in-

cipi. visis et diligenter inspectis.col.prima in fine. eodem volumi. et in consilio. cclxvj. incipi. in causa vertente. col. fi. vol. iij. Et quamuis hoc de furiosi testamento Forte procedere absq; scrupulo non videatur: cuj contrarium aliquos tenuisse reperiatur: put tenuit Panor.in.c. sicut tenor. in secundo notabili.de regularibus.Barba.in dicto.c. finali.col.penulti. in fine.et in consilio.lvij. incipi.clemētissimi.col.vj.vol.primo Jasson .in.d.l.furiosū i.ij.col. Tamen.in pupillorū dispositionib⁹ rite ⁊ recte factis/quominus eorum dispositiones firme et valide reputentur:cum intellectum quodammodo ipsi habere videantur: nullatenus dubitatur.vt probat textus notabilis in. l. finali. C. de testamento militis. Indignum inquiens nostris temporibus esse videtur:eū qui stabilem mentem nondum adeptus est/propter priuilegia militum/Sapientum hominum iura pertractare:et in tenera etate ex tali licentia parentibus forte suis vel alijs propinquis nocere:propriam substātiam extraneis relinquendo.Satis apertevolens atq; sentiens/Ꝺ si pupilli nō extranei/ Sed parēt⁹ atq; propinquis/prout iura disponūt substantiam suam relinquerent: et put sapientes disponere solēt/ ip si disponerēt: nullatenus eorum dispositiones invalidentur:Sed immo firme valideq; existimarentur.

¶ Benefacit quod Hostiē. Joannes Andre. Panor. et communiter omnes.in.c. Ad nostram.de consuetudine. de sententia a quodā parisiensi fatuo lata referunt: Que secundum eos valida iudicata extitit:ex quo sapiēter promulgata fuit. Nam melius ferri non potuisset.si a Gratiano lata fuisset.

¶ Et facit etiam quod notabiliter voluit. Bal.in.l.prima.circa finem.C.de Jurisdictio.omni.iudicum.vbi singulariter inquit. Ꝺ quāuis minor sine tutoris auctoritate/ Alterius iudicis iurisdictionem declinato suo iudice prorogare minime possit:cum legitimam personam Standi in iudicio non habeat.l.clarum.C.de aucto.prestanda.Adeo/quod iuramēto talis prorogatio valida ri minime posset:vt notabiliter inquit Ange.in.l. prima.in fine.ff.si ḳs in ius vocatus non ierit.Tamē si talis prorogatio vtilis minor esset:et sic que sapiēs quilibet facere poterat ipse in sui vtilitatem fecisset:bene prorogatio predicta valuisset.quem refert et sequitur feli.in.c.P.ꝛ.6.col.penul.in fine.ō officio delega.

¶ Cum enīj Serenissimus dominus Hēricus etsi impubes/ propter pacem inter ipsuj et catholicos nostre Hispānie Reges diutius conseruandam/suiq; et suorum regnorum atq; regnicolarum cōmoduj et vtilitatem/quietem atq; trāsquilitatem habendam/pro dispensatione predicta obtinenda supplicauerit:et omnia que sapiēs quilibet facere poterat ipse fecerit/nullatenus ex eius atq; discretionis defectu/talis dispēsatio seu dispēsationis ipetratio quinimmo nec matrimonium sic propter pacej contractū/impugnari/ ifringi/seu anullari potuit nec debuit.vt est textus notabilis.in.c.ij.cuj similibus.de desponsatio. impuberum. 84

¶ Primarime quia dict⁹ Serenissim⁹ dominus Henricus impetrationis dispensationis tempore nec infans/nec parum ab infantia distans/Sed immo pubertati proximus erat.Cuius maturitas/discretio atq; sagacitas/etatem illius supplebat.Qui sine dubio et ad matrimonium contrahenduj/ et ad omnia que puberes facere possunt faciendum:iudicium consensum atq; discretionem habebat.Minime enim a pubertate per tres annos cum dimidio Rex ipse distabat.Nam ille proximus etiaj in delictis puniēdis dicitur pubertati:qui magis puerili future/quā infantili preterite appropinquat etati. Puta quando masculus decej annos cum dimidio et aliquid vltra habuerit:et Femina nouem annos cum dimidio et aliquantulum vltra excesserit. vt voluit. glosa notabilis.in.l. contra Pupillum.ff. de re iudicata.et.in. l.prima vbi idem tenet Barto.ff.de nouatio.et.in.l. Pupillum.ff. de regulis iuris.et in.§. Pupillus. vbi Ange hanc communem dixit esse opinionem. institu.de inutilibus stipu.et in.§.in summa instituta.de furtis.Bal. in.l.siquis in tantā col.ij.C.vnde vi. Florianus. in.l. prima.§. ait Pretor.ff.si quadrupes Paupe.fecisse dicatur.Doctores cōmuniter.in.c. primo. de delictis puerorum:ꝛ in.Clementi.prima de homicidio.de quo per glo. Innocentiuj Hostien. Panor.et omnes in.c.continebatur.ō desponsatione Impube.et in.auctent. sacramenta Puberum.cum similibus. C. si aduersus venditionem. 94

¶ Tales enī qui proximi pubertati existūt

vt puberes reputari ſolent. Et ideo matrimonium recte contrahunt. Adeo quod ſi poſt cõtractum matrimonium cum vxore cohabitauerint: et ex aſpectu corporis/vel aliſs ſignis ad copulam capaces extiterint: nullatenꝰ venẽte pubertate reclamare poterint. vt notabiliter concludunt. Hoſtre. Innocen. Joannes Andre. Panor. et cõmuniter omnes. in. c. de Jllis. cl. iij. de deſponſa. Impube. et precipue ſi interſe copulam carnalem habuerint. Secũdum Hoſtien. Petrum de Ancharra. ⁊ Collectarium ibi.

¶ Hinc enim videmus: quod quãuis Impuberis teſtimonium tam in clauſulis quã in crimĩalibꝰ nullius valoris exiſtat: vt eſt textus in. l. iij. §. lege. et in. l. in teſtimoniuz. ff. de teſtibus. et in aũc. de teſtibus. §. Primo cũ ſimilibꝰ vbi hoc notat Ange. collatio. vij Tamẽ ſi impubes proximꝰ pubertati eſſet: bene illiꝰ teſtimoniũ (et ſi nõ ad pbationẽ/ ad indicium ſaltem inducendũ valuiſſet: vt notabiliter cõcludũt. Bar. Bal. ⁊ doctores in. l. fi. poſt glo. ibi. quam ſingularem eſſe dicunt. C. de his quibus vt indignis. Idẽ voluit. glo. in. l. inuitꝰ. La ſecũda. in glo. finali. in verbo ſed pupillus. ff. ꝺ teſtibus. Bar. et doctores in. l. iij. §. quod obſeruari. col. ij. C. de iure iuran. propter calum. dando. doctores cõmuniter. i. l. prima. §. Impberes. verſicu impuberi. ff. ad ſillania. Joannes Andre. in additio. ad ſpecu. in titulo de teſte. §. primo. verſiculo. Item excipitur. Ludouicus Roma in Rubrica. ff. de arbitris. ⁊ in. l. prima. §. in filij. ff. ad trebelia.

¶ Quinimmo duo impuberes plenã pbationem facerent: quando delictũ aliter quaz per minores probari minime poſſet. vt notabiliter voluit Joannes Andre. in loco ſuperius allegato. quem refert ⁊ ſequitur Alexan. in cõſilio. lxiij. incipi. viſo themate. vol. primo. Jaſſon. in. d. l. fi. C. de his quibus vt indig. et Hippolitꝰ de marſiliis. in. l. de minore. in principio. in nona. col. ff. de queſtio. Allegãt. Jta tenuiſſe Albericũ. i. d. l. in teſtimoniũ. Quod in mea impreſſione minime reperitur. ff. de teſtibus.

¶ Hinc etiã videmus/ quod quãuis impuberes pubertati proximi propter contumaciam non poſſint banniri/ nec ad mortez cõdenari. vt notabiliter inquit Bal. in. l. clarũ. col. finali. verſiculo. Item ex cõtumacia. C. de auctorita. preſtãda. Poſſunt tamẽ incarcerari/ mulctari/ et excommunicari. vt cõmuniter concludunt doctores in. l. nec ꝯ impuberes. vbi Jaſſon plures refert auctoritates. ff. de in ius vocan. de quo per Iapum. Allegatione. cxxiij. incipi. quidam expoſuit ſummo pontifici. per Marianum Soccinũ. in Rubrica de dilatio. folio decimo. col. iiij. articulo. v. q. xx. Per Barba. in cõſilio. vj. incipi. Jllud in medium adducam. col. prima cuz ſequẽ. vol. iiij. per Jaſſonẽ. in. l. iiij. §. cõdẽnatuz. col. v. in principio. ff. de re iudica. per Joannem baptiſ. cacialup. in ſuo tractatu de debitore ſuſpecto et fugitiuo. in. v. q. principali.

¶ Et eodem modo poſſunt exheredari. ſm Bar. et doc. i. l. ij. in principio. ff. de vulga. et pupi. ſubſtitu.

¶ Quinimmo poſſunt etiã propter delictũ puniri. l. Auxilium. ff. de minoribus. l. excipiuntur. ff. ad Sillania. l. impuberẽ. ff. de furtis. c. primo. cum ſimilibus. ꝺ delictis puerorum. traditur per doc. in. l. ſiquis intantam. C. vnde vi. ⁊ latiſſime dixi. in. l. reſpiciendũ in principio. ff. de penis. ¶ Nam vt in epiſtola ad Renatum epiſcopum dicebat Auguſtinus. Septẽnis etatis puerꝰ/ et mẽtiri/ et veritatem dicere/ et confiteri/ et negare iã poſſunt. quem refert. glo. in. c. paruuli el primo. de conſecratio. diſtinc. iiij.

¶ Et vt beatus in quodam ſuo dialogo ſcribit Gregorius: puerum nouem annorum nutricem ſuam inuenitur impregnaſſe. quez refert. glo. xx. q. prima. in Summa. et Barba. in prohemio clemẽt. §. quoniam. in prima col. Et reperitur etiam/ quẽdam infantem propter blaſphemias a diabolo raptuz fuiſſe. vt refert Hoſtiẽ. in. d. c. primo. de delictis puerorum. et Bonifacius. in Clemen. ſi furioſus. col. iij. de homicidio.

NOn obſtant ea que ſuperius in oppoſitum adduximus. Nam licet impuberes nullum conſenſum/ nullamq; diſcretionem habeant ad predicta in oppoſitum adducta faciendum: Habent tamen iudicium conſenſum et diſcretionem ad ſponſalia et matrimoniuz vt dixim⁹ cõtrahendum/ et inde publice honeſtatis iuſticie impedimẽtum inducendum.

NEc etiam obſtat/ Quod de legitimatione ſuperius adduximus: in quantuz dixim⁹: Quod ſicut abſentis/ ignorantis/ ſeu conſenſum non adhibentis/ vel adhibere non valentis Legitimatio nullius exiſtit roboris: Jta et impuberis conſentire non valentis diſpenſatio/ nullius debet eſſe firmitatis. Quia quamuis An quis inuitus

74 legitimari possit: Aliqua inter doctores dubitatio et opinionū varietas esse videatur: tamen magis cōmunis scribentium sententia est: quod in impuberis et infantis legitimatiōe/nullus legitimati consensus requiratur. quia in legitimādo/non de impuberis atq; infantis damno/sed de ipsius fauore/ comodo et vtilitate tractatur: et precipue quando ab eo talis postea legitimatio laudatur/ ratificatur et approbatur. vt notabiliter cōcludūt. Bar. Bal. ⁊ doctores. in. l. iubemus. C. de emancipa. libe. et in. l. in vsu. ff. de bis qui sunt sui vel alieni iuris. idē bal. ī cōsilio. crlvj. incipt. titul⁹ ꝓncipis. vol. primo. et in cōsilio. cclij. incipt. sup Primo articulo. vol. ij. et in cōsilio. cv. incipt. primo est videndū: ⁊ consilio. cxlx. incipt. quidam vxoratus. et consilio. cccl xxxviij. incipt. respondendo ad dubta. vol. v. Ange. in consilio. lxxj. incipt. Arbiter. et cōsilio. lxxxviij. incipt. spuri⁹. Ludo. Roma. in cōsilio. cxcviij incipt. in proposita cōstitutiōe. col. ij. versiculo. quarto dubitatur. Alexā. in cōsilio. xj. incipt. alias ꝓsulni. col. iiij. vol. vij. Socci. ī cōsilio. lxiij. incipt. visis testamēto. inꝓncipio. vol. iij. Philippus corneus. In consilio. clxxvij. incipt. egregie discussa. vol. Primo. Barba. in cōsilio. xxxiij. incipt. preclare optimus dixit psalmista pertotū. vbi hanc cōmunem dixit esse opinionē. vol. ij. Jasōn in. l. postbumo. col. prima. C. de bonorum posse. contra tabu. et in. l. eam quam. col. v. versiculo. pulcrum dubium. C. ō fidei comi. doctores communiter in. l. Gallus. §. Et quid si tātus. ff. delibe. et postbu. et in. c. per venerabilem. qui filij sint legiti. Franciscus decurte. in cōsilio. iiij. incipt. puncto de quo queritur. et in consilio. lxiij. incipt. Seriosa narratione. in prima et secunda col. et Philipp⁹ decius. in cōsilio. cccl xvij. incipt. viso puncto. vol. iij.

Nec obstant iura dicentia Patrem pro filio legitimationem debere postulare: Quia vt Ange. in dicto consilio. lxxxviij. scribit: nō propterea negatur/ quin ipsi filij talia possint similiter impetrare: et per consequens pro dispensatione obtinenda supplicare.

¶ Nec obstat quod post impetratam ad matrimonium contrahendum dispensationem/ Alia impetrantis variatio vt superius dixim⁹ non admittatur: sed immo ad matrimonium cuz illa cum qua dispensatū fuit contrahendum/ impetrans totaliter teneantur. Propter qō cum obligatio in impubere cadere nō possit: quia impubes naturaliter etiaz non obligatur: Nullatenus ipsum pro dispēsatione predicta supplicare posse videbatur. Quia huic difficultati satis facilis potest esse respōsio. Licet enī puberes pro dispensatione predicta ad matrimonium contrahēdum supplicantes/ Matrimonium illud postea contrahere teneantur: Non tamen impuberes ad talia faciendum astringuntur et obligantur. Si enim possint legitima postea superueniente etate/ab sponsalibus et matrimonijs Jam in pupillari etate contractis impuberes ipsi desistere/et contra spōsalia et matrimonia predicta reclamare. c. de illis. el primo. c. a nobis cū similibus. de desponsa. impube. C. vnico. eodem titulo, libro sexto. Multo fortius poterunt matrimonia et sponsalia non dum firmata/ quamuis prodispensatione supplicauerint/ eamq; obtinuerint non cōtractare. Quinimo illaz Ludouici Romani doctrinam et opinionez quam in singulari. cccccl xxxvj. incipt. An subdiaconus/ tenuit/ et de qua superius mētionem fecim⁹/ non absq; scrupulo et dubitatione procedere existimamus: cum petrum ō Ancharra/ magne auctoritatis virum in sno. cclx. consilio/ incipt. parum dubitationis. contrarium tenuisse reperiamus. 84

Nec obstat quod impubes etiam naturaliter nō obligetur: Quia in impuberibus pubertati proximis regula predicta procedere nō videtur. Nam et illi qui proximi pubertati existunt: (put Serenissim⁹ dominus Henricus tunc temporis erat) naturaliter obligātur: vt est textus apertus. in. l. prima. §. furiosum. ff. de actio. et obliga. et in lege prima vbi post glosam ibi hoc notāt. Bar. et doctores. ff. de novatio. et in. §. preterea cum similibus in fine quib⁹ modis tollit obliga. et tractatur ꝑ doctores in. l. Nō ois. §. Si pupillus. ff. si certuz petatur. et in. l. interdum. ff. de cōdictio. indebiti. et in l. pupillus. ff. de regulis iuris. 94

¶ Benefaciūt qui superius de impubere pubertati proximo delinquēte dixim⁹: quē et mulctari/ et excommunicari/ atq; puniri posse affirmauimus. Et ramē in delictis naturalem obligationem dari/ delinquentē q; naturaliter obligari/ nullatenus dubitamus. Jura illud psalmiste psalmo. cxliij. dicentis/ Declinātes in obligationes idest

delicta/prauitates/atq; peccata:adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Ad
50 probat textus notabilis.in.l. imperatores. ibi ipe te huicpene subdidisti.ff.de iure fisci. de quo per Bar.et doctores.in.l. et hoc iure.ff.de iustitia et iure.et in.l. non solum.ff. de iniurijs.q Florianus. in.l. inde neratius. §.siquis hoiem.col.finali.ff.ad legem aquiliam. Per Jassonem.in.l.si ubi.§.quedaz. ff.de pactis.et in.l. prima.§.sublata. col.finali.ff.ad trebellia.q doctores.in.§. Jus autem gentiuz.in.titu.de iustitia et iure. Per Innocen.et doctores.in.c.in nostra de iniurijs. Per Cardinalem.in clementi.pastoralis.de sentē.et reiudica.per Fortuniū garcia cobisparnum nostrum.in repeti.l. legitima.col.xxv.uersiculo quinto noto.cū duabus sequentibus.qui subtiliter et singulariter more suo loquitur.ff.de pactis. De quo latissime scripsimus.in rubrica.ff.de pactis delictis.

Non obstat quod impuberes voto vt primus non ligantur. Quia immo impuberes doli capaces aliquādo voto astringuntur.et obligantur.vt est Glo.notabilis. in.c.mulieres.xxxii.q.i.quam dixit singulariter Barba.in probemio clementi.§.quoniam.in prima.col.et notant Innocen.et doctores.in Rubrica qui clerici vel vouentes de quo per Archiepis.Florentinum.in secunda parte sue summe titulo.xi.c.ii.§.vi.
51

Nec etiam obstat quod impuberes propter consensus/iudicij/atq; discretionis defectum et testari/et causa mortis etiaz per principis rescripto seu priuilegio donare/et hereditatem z bonoruz possessionem petere/prohibeantur. Nam impuberes pubertati proximi et sic doli capaces/talia facere minime prohibentur. Possunt enim principes eisdem facultatem testandi concedere:et ipsi pro tali possunt facultate supplicare.vt concludunt Bar.et docto.in.l.i quer amus.ff.de testamen.doctores communiter.in.c.ii.eodem titulo.et in.l.rescripta.C. de precibus Imperat.offeren.z in.l.ii.C.de testamen militis. Et possunt etiā absq; principis rescripto et facultate hereditatem maxime opulentam adire.vt concludunt Idē Bar.et doctores.in.l.pupillus si fari.z in.l. moro.ff.de acquiren.here. quos refert et sequitur Jasson.in.l.potest.in.ii.col.C.de in re delibe. Quinimmo possunt etiam.si proximi pubertati non existant:(parte recusante) et hereditatem et bonorum possessionez agnoscere.vt est textus singularis.quem ibi mirabilem dixit Bal.in.l.finali.§. Sin autem in secunda etate.C.de bonis q liberis.et tradunt communiter doctores.in.l.bonoz. enim similibus.C.qui admitti.
52

Ex quibus omnibus Invictissime Cesar euidenter atq; notorie patet/causaz conseruationis pacis et amicitie/que a Serenissimis dominis coniugibus in dispensationis supplicatione expressa fuit:et Serenissimi domini Henrici tunc impuberis discretionis atq; cōsensus defectu/minime nullam/surrepticiam/falsamq; fuisse: Sed immo clarissime constat:dispensationem predictam firmā validamq; extitisse:et ita extitimo tenendum/affirmandum/atq; concludendum esse.

Sequitur septima principalis dubitatio: Scilicet/ dato quod causa que in dispēsatione exprimitur vera fuerit: Si postea tempore quo matrimonium contractum fuit/ dispensationis causa cessauit: An cessare debuit dispensatio.



¶ Quod etiam probat textus notabilis in. l. in concubinatu. ff. de concubinis. Vbi cōsensus maritalis et matrimonium / quod ex eo quod quis ingenuaz mulierem retinuit / et cum ea cohabitauit / a iure ciuili p̄sumitur (et iuxta legem in libere. cum similibus. ff. de ritu nuptiarum) inter eos contractum fuisse putatur: Per protestationē ab initio factaz adeo tollitur et annullatur: Quod per subsequentem postea ipsorum cohabitationem / Et per carnalem copulā inter eos postea subsecutam / Nullatenus a protestatione recessum fuisse creditur nec existimatur. Et propterea nec matrimoniū inter eos fuisse p̄sumitur: nec p̄sumptuz cōfirmatur.

¶ Bene facit textus in. c. per tuas. de conditionibus appositis. Vbi quando sponsalia vel matrimonium ab aliquibus sub conditione si eoruz parentes consenserint celebratur: Si parentes postea cōtradixerint: Quāuis post contradictionez illi eorum aliter se cognouerint: nō propterea matrimoniuz illud validatur.

¶ Et ideo dici solet / Quod si quis bullaz / gratiam / seu quamcunq; aliam prouisionem ad vacaturam habuerit: si medio tempore postq̄ gratiam quis predictā obtinuit / matrimonium forte contraxerit: Cum contrahendo / gratie predicte renunciasse visus fuerit: Uxore mortua Nullatenus illius gratie vigore / vacaturā obtinere poterit. vt notabiliter Bartholome? in? hui? tractatus in questionibus suis. quem refert et sequitur glosa communiter approbata in. c. vnico. super ho clericalis. de clericis coniugatis in vj. et Christophor? porcus in. §. fiuali. Institutaq; quibus non est permissum facere testamentum. Sit in proposito / Cuz Serenissimus dominus Henricus post obtentam ad matrimonium contrahendum dispensationez: dicte dispensationi per suam protestationez

atq; contrariam voluntatem renunciauerit: Nullatenus postea illius dispensationis vigore (que semel extincta fuit) cum Serenissima Domina Katherina matrimonium contrahere potuit.

Sed predictis invictissime Cesar minime obstantibus que in veritate nō obstāt: Contrariam sententiam/contrariamq; opinionem cristino veriorem. Et sic quod quamuis Serenissimus dominus Hēricus in pubertatis vt fertur initio/ aduersus sponsalia iam virtute dispensationis predicte cōtracta reclamauerit: Nō propterea dispensatio que ad eius et Serenissime domine Katherine supplicationem concessa extitit: et per eos acceptata fuit: Extincta/nulla/irrita/seu invalida dici/credi/existimari/seu reputari debuit. ¶ Per novum enim ipsius contrahentis consensum/copulamq; carnalē inter ipsum et Serenissimaz dominam Katherinam postea subsecutaz/ adeo a protestatione et contradictione sua Rex ipse discessit: Quod non solum sponsalia iam antea cum Serenissima eius vxore cōtracta ratificauit/laudauit/et approbauit: Sed et matrimonium postea cum ea licite contractare valuit. Nam quamuis vbi spōsalia vel matrimonium sub conditione fiūt minus pontifex dispensauerit contrahitur/necessarium existat/quōd nouus post dispensationis concessionez contrahentiuz consensus vt dirimi subsistat: Nihilominus tamen sufficiet/si partes tacite (copula scilicet carnali intervenīente) consensisse vel expresse inter se postea matrimonium contraxisse inueniatur: quamuis aliquam contra protestationem /dissentionem / seu contradictionem iam antea precessisse reperiatur. vt notabiliter voluit Joannes Andre. quem ibi Petrus de Ancharra. et communiter Doctores sequuntur in dicto.c.super eo, de cōditionibus appositis Et tenuit Semininus in consilio.xxxiij.incipi. An dispēsatio. columna finali. versiculo. preterea ostendi/tur. et Franciscus de arretio in cōsilio.lxxxij. incipi. factum super quo queritur. in finali columna. et in consilio. cxiij. incipi. ex facto proponitur. colūna. vj. et. vij. in secūda prīncipali dubitatione. in secunda et tertia conclusione. Vbi in simili casu/qui inter comitē Galeazo Illustris Francisci Sforcie mediolani ducis filium/et dominaz Dorotheā Illustris Ludouici marmie Marchionis filiam nunc contingit esse/notabiliter consuluit: Per copulā carnalem post dispensationis concessionem et coniugis cōtradictionem atq; protestationem subsecutaz/vt per novum coniugum consensum superuenientez/a protestatione et contradictione coniuges recessisse: licet in amplexibus et osculis subsecutis contrarium videatur voluisse. Quorū opinionem probat textus notabilis in.c.cus nos. ibi Et ille dissēserit et dissentiat et ibi Et nunq; consensit in predictaz. de spōsalibus. Vbi ad invalidationem et matrimonij annullationem que ex alicuius dissensu causatur / non sufficit semel contrahentem dissensisse: Sed etiam requiritur quod consteat/se nunq; etiam tempore carnalis copule/ contrahendi voluntatem / propositum/ et intentionem habuisse. Quia si a dissentione vel contradictione sua aliquis discessisset: certe precedens eius contradictio/nouo ipsius consensui obstare minime potuisset.

¶ Et propterea dicebat ibi glosa communiter approbata/in verbo mulierem. Quod quāuis quis in initio suam intentionem declarauerit: et se nullam cum tali certa muliere contrahendi voluntatem habere dixerit: et quod per quecunq; faciet vel dicet/in eaz consentire non intendit protestatus fuerit: Nihilominus tamen si in eaz post protestationem predictam contrahens ipse consenserit: firmum et validum inter eos matrimonium erit. Quod voluit Panor. et Doctores in.c.per tuas. de conditionibus appositis. Doctores communiter in. l. qui in aliena. §. Celsus. cum similibus. ff. de acquirenda hereditate.

¶ Bene facit textus in.c. de illis. de conditionibus appositis Ibi enīz quedam fuit matrimonio conditio (scilicet si tantum mihi dederis) Per contrahentez apposita fuit. Que nihil aliud nisi quedam ipsius contrahentis protestatio extitit: significans atq; declarans/ Non aliter ipsum contrahendi voluntatem habuisse: nisi casu quo quantitatez in conditione appositam contingeret recepisse. Et tamen si ante conditionis euentum/nouus consensus vel carnalis copula inter contrahentes subsequatur: tale matrimonium firmum et validum indicatur. pro quibus facit textus in. l. Si proponis. §. primo. et in. l. finali. ff. de inofficio. testamento. et in. l. per fundum. ibi et nouissima demissione omnes confirmabuntur. ff. de seruitutibus rusticorum predionum. et in. l. finali. ibi vt tamē ex nouissimo actu etiā superiores con-

cōmunia predioꝝ. et in. l. si autē. ibi quia et posteriorez voluntatē pretor tueri debet. cum similibus. ff. de aqua pluuiali arcenda. Et facit etiam textus. in. l. bonorum. in fine. ff. rem ratā haberi. Ubi quamuis quis bonoꝝ possessioni ab alio eius nomine agnite contradixerit: Nihilominus postea illius agnitionem/sua non obstante contradictione ratificare poterit. Per quem textum notabiliter ibi Bar. post Ricardum malubꝛ dixit. Quod si quis filium ex concubina susceperit: et deinde cum alia matrimoniū contraxerit: Quamuis tunc cum alia contrahēdo/tacite cum concubina se nolle contrahere/et per consequens filium quem ex ea suscepit se nolle legitimare protestatus fuerit: Tamen si mortua vxore/concubinaꝫ illam vxorem duxerit: Nihilominus filius predictus per subsequens matrimoniū legitimatus erit. Cuius legitimationi illud medium matrimoniū obesse minime poterit. Quod voluit ipse Bar. in. l. penul. §. vxor. ff. soluto matrimonio. Bal. et Ange. in. l. cum qui. ff. de statu homi. et in consilio. xvij. incipi. comes brandisius. Joannes Andre. in. c. sine culpa. de regulis iuris in mercuriali⁹. Doctores communiter in. l. pomponius. §. quesitum. vbi Jason alia similia adducit. ff. de acquirenda posse.

18

19

Hinc videmus/Quod vbi quis Areaꝫ alicui legauerit: si medio tempore edificata fuerit: et iterū postea Area facta extiterit: periit potest/quamuis medio tempore minime periit potuerit. vt inquit textus. in. l. Si chorus. §. Area. cum concordantijs ibi adductis. ff. de legatis. iij.

20

Sic qui bonis suis renūtiauerit et cesserit: eadem bona si extant/recuperare poterit. l. quod si minor. §. scenola. ff. ō minoꝝ⁹. l. is qui bonis. la prima. et. l. quem penitet. ff de cessione bonorum. l. ij. cū similibus. C. eodem titulo.

21

Et vbi quis propriꝫ pignoris venditioni consensisse inuenitur: quāuis tūc hypoteca extincta videatur. l. Si consenserit. ff. quibus modis pignus vel hypoteca soluitur. Nihilominus tamen hypoteca predicta reintegratur: si venditio postea dissoluatur. l. ij. venditor. §. finali. et. l. voluntate. cum similibus. eodem titulo.

22

Sic rez amotarum actio que per matrimonij dissolutionem fuit nata: reintegrato matrimonio extincta censetur. et annullata. l. reintegrato. cum similibus. ff. rez amotarū.

Cum igitur Serenissimus dominꝰ Henricus post predictam suam protestationem cum Serenissima domina Katherina publice et in facie ecclie matrimoniū p̄ vba de presenti cōtraxerit: illudq; carnali copula cōsumauerit: sine dubio credenduz/tenendū/et affirmanduz est/ipsuz per predicta/a protestatione sua recedere voluisse ac recessisse: et ea non obstante licite inter eos matrimonium predictum contractari/celebrari/atq; consumari potuisse. Quinimmo non soluz per expressuz verbis superuenientem cōsensum/copulamq; carnalem postea subsecutaz/quis a protestatione videtur recedere: sed per quemcunq; etiam contrarium actuz protestationi sue quis censetur renunciare: et matrimoniuz antea contractum ratificare/et confirmare. vt communiter concludunt Doctores in. c. presentium. vbi per Imolā in. ij. col. de testibus. et in. c. vnico. §. finali. de despōsatione impuberum. libro. vj. Bald⁹ et Doctores. in. l. pacta nouissima. C. de pactis. Calderi. in consilio. ij. incipi. que requirantur. Feminia. in cōsilio. xxiiij. incipi. quia diffuse. in finali. col. et Philippus corneus in consilio. cxxj. incipi. subtilis et scrupulosa. col. iij. in fine. vol. iiij. Bene facit textus. in. l. cum te. et ibi notat Bal. C. de donationib⁹ ante nup. et in. l. minorem. ff. de ritu nuptiarum. et in. c. ad id. et. c. is qui fidem. de sponsa. et qō notant glosa et Doctores in. c. grauez. de officio delegati. et in. c. litteras. de desponsa. impube. Bar. in. l. cui fuerit. ff. de cōditio. et demōstra. Et quod in notabili casu tradit Idem Bar. quem ibi Doctores sequuntur. in. l. iij. in principio. ff. de iure iurā. Anthonius et omnes in. c. mulieri. eodem titulo.

23

Preterea quod protestatio que a Serenissimo domino Henrico in puberta/te inito vt fertur facta extitit: nullatenus ot spēsationi predicte/nec Serenissime domine Katherine/Cui ius ex dispensatione queritur fuit/preiudicare potuerit Patet: Nā cū predicta protestatio absente/infecta/et ignorāte Serenissima domina Katherina facta fuerit: nullum ex hoc preiudicium sibi inferri potuit nec ōbuit. Vulgatissima enim atq; indubitatissima iuris regla extitit: Protestationem ab altera tantum parte factam in his que a consensu et duorum voluntate dependent nullam esse et fuisse: Ubi nō apparet suum consensū protestationi predicte tacite vel expresse partē altera prestitisse. vt cō

24

Digitized by Google

25

26

77

muniter concludunt doctores in.c.cuz. D. Ferrariensis.de constitutio.et in.l.non solū. §. morte.vbi moderni quāplurimas alias referunt auctoritates.ff. de noui operis nuntia. Et propterea notabiliter dicebat Joannes de Imola.in.c.cum venissent. Per tertum ibi. ō institutio. Quod si in factis a voluntate duoꝝ dependentibus protestatio ab aliquo ad tollendum alī quam partez iuris iam quesiti facta fuerit: Nulatenꝰ talis protestatio valida et firma erit: Nec propterea ius illud iam quesitū tolli poterit: nisi eius cui protestatio facta extitit/expecificus consensus intervenerit.

¶ Cum enim Serenissimus dominus Hēricus postꝫ dispensationem predictam obtinuit: sponsalia cum Serenissima domina Catherina virtute dispensationis contrahendo/dictam dispensationem approbauerit: Et ex hoc ius non modicū Serenissime domine Catherine quesitum fuerit. Nulla tenus per solam Serenissimi Henrici regis protestationem in scia Serenissima eius spōsa factam/preiudicium aliquod habilitati ⁊ facultati predicte que iam Serenissime domine regine ꝓcessa fuit/ac ius effectū produxit: et sic iuri quod sibi quesitum extitit: inferri potuit nec debuit. Premartine quia ex quo Serenissimus dominus Henricus (vt late in sexta principali diximus dubitatione) tempore supplicationis/ac dispensationis impetrationis/ nec non sponsaliū celebrationis proximus pubertati fuit: Nullatenus postea contra matrimoniū vel spōsalia per verba de presenti ab ipsis cōtracta reclamare/ nec contra dispēsationem predictam venire potuit Tales enim qui proximi pubertati existunt: sponsalia et matrimoniū recte contrahunt. Adeo quod si postꝫ sponsalia seu matrimonium contraxerunt/cum vxore cohabitauerint: et ex aspectu corporis vel aliis signis ad copulā capaces extiterint: Nullatenus veniente pubertate reclamare poterint. Ut notabiliter tradunt Hostr. Innocen. Joannes Andre. Panor. et cōmuniter omnes in.c.de illis. et ibi.ō. de desponsatione impub. Si enim puberes seu pubertati proxima matrimoniis et sponsalibus ita contractis/concurrētibus supradictis nō possunt desistere: nec modo aliquo variare: Immo si adhuc spōsalia cotracta nō fuerunt: eadem postꝫ dispensationem obtinuerunt cōpelluntur consumare: vt notabiliter voluit Roma.in singulari suo.ccccclxxxvj. incipt. An subdiaconus. (Qua multo hoc in minore pubertati non proximo/in cadez secta dubitatione.folio.lvj.col.ij. in principio/ nō ausus sim affirmare.) Necessario tenendū/affirmandum/ atq; concludendum est: Serenissimum dominum Henricū aduersus sponsalia iam antea per ipsum cum serenissima domina Catherina contracta/non potuisse reclamare.

Non obstant illa que in oppositum superius adduximꝰ et allegauimꝰ. Et primo nen obstat quod novus contrahentium cōsensus facto vel verbis declaratus ad matrimoniū iam semel contracti confirmationez seu validationem exigatur: quādo tale inter prohibitos matrimonium sub conditione si papa dispensauerit/ vel alia simili conditione celebratur. Quia post obtentam dispensationem non solum tacite Serenissimꝰ dñs Hēricus suū cōsensum adhibuit: ⁊ per cohabitationem ac carnalem copulam cum vxore postea subsecutam/ matrimoniū seu sponsalia iam antea celebrata confirmauit: Sed expresse matrimonium per verba de presenti publice et in facie ecclesie postea coram magna regnicolarum multitudine contrahendo: suam voluntatem/suumq; cōtrahendi propositum atq; consensum/ declarauit/demōstrauit/et manifestauit.

Nec obstat illud quod per Cardinalem in.d.c.super eo. de conditionib⁹ appositis dicitur et affirmatur: scilicet quod vbi nouus post dispensationez consensus adhibetur: nihil talis consensus adhibitio operatur: si ante noui cōsensus declarationem/ aliquam contrahentium contradictionem precessisse inueniatur: Quia contrarium vt dicimus magis communiter tenetur: ⁊ magis communiter approbatur.

Non obstat si penitens et iuri suo renuntians atq; contradicens/amplius audiri nō debet/ illud allegās et adducēs. vt sit iura vulgaria ⁊ patet in quāplurimis casib⁹ et exēplis late superiꝰ adductis. Ex hoc (vt ex supradictis colligi potest/nō semp verum extitit: nec semp regula predicta ꝑcedit. Sz dato et posito qō id regulariter verū existeret atq; procederet: siue dubio illud locū haberet in actib⁹ tātū inquisitoriis contradictio et subsequēs approbatio/a sola cōtradicentis et impugnantis potestate dependeret. Ubi vero a potestate alterius contra quez actus impugnatur seu contradicitur/vel virtusq; vt in casu nostro/⁊ cōtradictio ⁊ subsequēs

approbatio dependisset: bene quis re semel impugnata (eius contradictione non obstante) licite vti potuisset. vt Anthon⁹ et cõmuniter Doctores concludunt in. c. cum olim. col. ij. in prima oppositione. de sensibus.

78 ¶ Vel aliter et secundo responderi potest: Regulam predictam in dispensationibus / gratijs / beneficijs / seu facultatibus alicui cõcessis non procedere. In quib⁹ etsi quis semel contradixerit: nihilominus postea et eisdem vti / et eadez sibi concessa poterit obtinere. vt notabiliter voluit Baldus. in. l. deberi. C. de fidei cõmissarijs liber. singulariter inquiens. Quod si quis executoris officium recusauerit: cum et id / quid facultatis fuerit: licite illud post recusationem penitentijs ductus acceptare poterit. quẽ refert et sequitur Jason. in. l. non erit. §. sed neq; ff. de iure iurando. quod etiam voluit idem Bal. in. c. cum non ab homine. in fine. de iudicijs. Et probat textus notabilis. in. c. licet. de procura. libro. vj. Licet is (inquit textus ille) qui procurator cõstituit ab absente / dixerit presentatuz sibi suscipere nolle mandatũ: hoc tamen nequaq; obstare / quandiu cõstituẽs in eadem prefixerit voluntate: ipsuz acceptare poterit quando cunq; placebit. Per quẽ textum dicebat ibi glosa finalis in fine / que ab omnibus communiter approbatur. Nõ si electus presentata sibi electiõe / renuit consentire: adhuc electoribus in eadem voluntate manentibus / eandem poterit electionẽ acceptare. Bene facit etiaz textus et qõ ibi glosa et Doctores notant in. c. si vbi absenti in fine. cũ similib⁹. de prebẽdis eodẽ libro.

79 ¶ Vel aliter et Tertio / predicta procedunt et locum habent: quando de solius contradicentis et postea acceptantis cõmodo / fauore / siue vtilitate tractatur. Quo casu ex quo semel qd ab aliquo contradictũ / renũciatũ / atq; impugnatum fuit: id nullatenus per subsequentem eius approbationẽ in alterius preiudicium / damnum / seu detrimentum confirmatur. Ubi vero de cõtradicentis et postea accedentis preiudicio tractaret: sine dubio subsequens eius approbatio / (cui non obstante cõtradictione) firma / et valida diceretur. vt in quãplurimis casib⁹ et exemplis Doctores tradunt: et precipue in procuratore renunciato / cuius factum dominus in sui preiudicium ratificare potest. cõmuniter Doctores concludunt in. c. ex parte decani. de rescriptis. Innoc. in. c. mandato ad finẽ ó procuratore. Et facit textus in. l. quo cniz. §. Julianus cum similibus. ff. rem ratam haberi.

¶ Preterea / Serenissimus dominus Hẽricus dispensationi predicte que ad eius supplicationez concessa fuit / nullatenus contradixit: nec eandem dispensationez impugnauit: Sed immo potius ipsius dispensationis virtute cum Serenissima domina Katherina sponsalia contrahendo / dispensationem predictaz confirmauit / laudauit / et approbauit. Quo casu etsi postea veniente pubertate aduersus dicta sponsalia iam contracta reclamauerit: tum eius protestatio atq; reclamatio nullum effectum produxerit: eo quia actus iam consummatus extitit: et in eadem contradictione non perseuerauit: Nõ propterea dici potest: qõ dispensationi predicte per dictam protestationem Serenissimus dõs Henricus renuntiauerit. Contrauenies enim priuilegio / non videtur illi renuntiare: quando actus renuntiationez in dueens / non potuit effectum obtinere. vt notat Baldus. in. l. nihil interest. §. si cum filius. ff. de inofficioso testamento. Anthonius de Butrio in. c. pastoralis. col. vj. de causa possessionis et proprietatis. Franciscus de arectio in. l. naturaliter. §. nihil commune. col. vj. ff. de acquirẽda possessione. quos refert et sequitur Fabius decius in. c. gratum. col. penul. vbi late per Feli. de officio delegati. Quod voluit idem Feli. in. c. examinata. columna. iij. versiculo. et notandum. de iudicijs.

Non obstat textus in. l. incõcubinatu. ff. de concubinis. Nam pro illius textus solutione / respõsione / atq; satisfactione / sic existimo distinguendum. Aut enim actus qui fit post protestationẽ / ipsi protestationi directe vt in casu nostro contrarius extitit: vt quia actus ille aliter intelligi non potest / nisi protestationi contrarietur: Et tunc talis actus protestationi contrarius / protestationẽ ipsaz tollere / extinguere / atq; annullare videtur. Carnalis enim copula / et subsequens cohabitatio / necnon noui consensus adhibitio / nouaq; et publica in facie ecclesie matrimonij predicti celebratio atq; consummatio / que omnia Serenissimi domini reges predicti fecerunt: Non aliter nec aliomodo intelligi potuerunt: nec fieri ac intelligi posse existimatur: nisi vt protestationi contrarientur: et protestationem tollere / extinguere / atq; annullare videãtur. Aut act⁹ directe protestationi contrarius non fuit: Et tunc cũ act⁹ ille diuersimode interpretari potuit: talis interpretatio sumi debuit: qualis ad protes-

stationis sustentationem sumi potuit et valuit. vt patet in casu. l. nensenius. ff. de negocijs gestis. Ibi enim mater filiū aluit: cuius alimentorum prestatio cum diuersimode intelligi potuerit: scilicet an talia animo donādi/an vero repetēdi fecerit: Si ab initio mater quod animo repetendi talia alimēta prestabat/protestata fuerit: tunc actus ille alendi/potius secundum protestationēz scilicet quod animo repetendi/q̄ quod animo donandi hoc fecerit/intelligi debuit. Sicq̄ lex in concubinatu. ff. de cōcubinis intelligitur atq̄ procedit. Nam quamuis vbi quis mulierem solutam retinet: eam vt concubinam et vt vxorem retinere possit: et in dubio vt vxorem fauore matrimonij illaz retinuisse credatur: Tamen vbi quis a principio q̄ eam vt concubinā et non vt vxorez retinere intendit protestatur: tunc talis mulier si post protestationē in domo retineatur: post cōcubina q̄ vxor/ne actus protestationi contrarietur iudicatur. Sicq̄ per Innocentiuz in. d. c. cum. M. ferrariensis. col. prima. versiculo. preiudicio. quem ibi communiter sequūtur doctores. distinguitur / asseritur/et affirmatur.

NOn obstat tex. in. c. pertuas. de cōditionibus appositis. Quia si textus ille recte cōsideratur: magis opinio nostra q̄ contraria in illo textu fūdatur atq̄ pbatur. Ibi enim sponsalia sub cōditione si parentes cōsentirent contracta fuerunt: qui parentes ex presse talibus sponsalibus cōtradixerūt. Et quamuis illis contradicentibus et in sua cōtradictione perseuerātibus / talia sponsalia invalida esse debuissent: Attamen tamē si post sponsalium predictorum celebrationem/se carnaliter coniuges cognouerunt: fauore matrimonij (pro quo est iudicanduz) talia spōsalia valida atq̄ firma erunt. Quia (vt textus ille inquit) per carnalem copulā postea subsecutam/a condītione predicta q̄ actum impediebat/cōiuges recesserūt. Vbi enim carnalis copula inter taliter contrahētes subsecuta extitit: ibi nullius alius nouus eorum consensus ad validationem matrimonij sub cōditione predicta contracti/necessarius extitit. Nam satis quis voluntatem suam declarauit: eo ipso quod carnaliter post matrimonium predictū vxorem suam cognouit. vt probat ille text⁹/et tradūt Doctores in locis superius allegatis. et Richardus de media villa super quarto Sententiarū. distinctiōe. xl. in. vj. q. et Archiepūs copus florētin⁹ in tertia parte sue sūme titulo primo. c. xv. §. iij. circa finem. Quod etiaz probat textus notabilis in. c. continebatur. cum similibus. de despōsatione impuberū.

NOn obstat quod vltimo loco dicebaz/ de illo scilicet qui ad vacaturam/bullaz gratiam/seu aliam prouisionem habuit: et matrimonium postea contraxit. Nam ideo ille qui gratiam ad vacaturam obtinuit: et postea vxorem duxit: Mortua eius vxore/ vigore illius gratie que semel extincta extitit vacaturam habere non potuit: Quia matrimonium postea post gratie concessionez cōtrabēdo/omnio gratia illa extincta atq̄ annullata fuit. Que cū absq̄ summi pontificis cōsensu et volūtate minime recuperari potuerit: per matrimonij cessationem nullatenus reuiuiscere valuit. At i casu nostro/ per serenissimi domini Henrici regis protestationē illiusq̄ contradictionez / non dispēsatio sed matrimonium invalidū extitit: et propterea solo. contrahentium consensu licite matrimoniū predictuz approbari/ratificari/atq̄ validari potuit.

EQuibus omnib⁹ inuictissime Cesar concludendum esse censeo: Per subsequens serenissimorum dominorū Henrici et Catherine matrimoniuz/copulam q̄ carnalem inter eos postea subsecutā/ necnon per longam dictorum coniugum cohabitationē/ a protestatione recessuz fuisse/ Et tam dispensationem q̄ matrimonium inter eos contractum/ expredictis ⁊ ex longeua summi pontificis toleratione firmum validumq̄ extitisse. Nam eo ipso quod summus pontifex eosdē in matrimonio predicto permanere pmisit ac toleravit: et vsq̄ in hodiernum diem illos vt vere Anglie reges eisdem Rescribēdo/eorumq̄ litteras ⁊ supplicationes recipiendo tractauit: cum eisdem casu quo aliqua indigerent dispensatione/super matrimonio predicto dispēsauit. Scientia enim ⁊ sūmi pōtificis tolerātia in eo quod a iure naturali non prohibetur: pro expressa dispensatione reputatur ⁊ habetur. vt notabiliter inquit Bal. in consilio. xlvj. incipi. constitutionibus. col. ij. vol. v. vbi ita intelligit et declarat quod notat Innocē. in. c. veniens. ō filius presbyte. et voluit Panor. in. c. clerici officia. col. ij. versiculo. Nota in verbo pannis rubeis. de vita et honestate clericorum. quē refert et sequitur Hutichelinus benedict⁹ in repetitiōe. c. Raynūtius.

in verbo et vxorem nomine Adelasiam.nu. 138.et nu. 351. de testamentis.

¶ Sic confessio ex longi temporis patiẽtia

33 presumitur. vt notat idem Bal. in consilio ccvj.incipi.preceptum fuit factum.vol.primo. bene facit text? in.c.quod translationẽ. ibi quandiu tamẽ talis mos ab ecclesia toleratur.de temporibus ordinatio.

¶ Et ideo notabiliter dicebat Salicet? in.l. nullus.C.de iudeis.Quod stãte statuto disponente/bannitos offendi posse: Non poterit offendi bannitus qui a superiore per ciuitatem tolerat?: Quia talis superioris patientia et tolerantia/quendam ipsius superioris consensum indurisse existimatur: volentis quod bannitus ille iam pro nõ bãnito reputetur et habeatur. Nõ dicuz pro

34 valde singulari refert et sequitur Aleran. in cõsilio.primo.incipi.circa primum dubiuz. col.finali,vol.ij.ꝛ in cõsilio.ccxlix.incipi.pro inuestigatione.col.finali. eodem volumine. et in.l.finali.in apostillis ad Bar.ff.ad legez

35 iuliam de adulteriis. Jasson in.l.omnes populi.col.x.circa finem.versiculo.quarto limita.ff.de iusticia et iure. Feli.in.c.sicut.col.prima.post Joannez ỏ Anania ibi.de iudeis. Hippolitus de marsilijs in singulari.lxxvij. incipi.patiẽtia.benefacit textus in.l. prima. ff.de institoria.et in.l.prima.ꝛ quod ibi Guielmus de cunguo notat. ff. de exercitoria. Glosa et Doctores in. c. cũ. J.et. B. in verbo potuerunt.circa medium.de re iudicata. Et que tradit Innocen.et communiter doctores in.c.ex parte decani.de rescriptis.et in c.cum in iure.de officio delega.et in.c.in nostra.de procura.et in. c.illud. ỏ presumptio. et in.c.cuz super.de re iudica.glosa et doctores in.l.tertia.ff.de auctoritate tutorum.ꝛ in l.quo enim.ff.rez ratam haberi:Bal.et doctores.in.l.siue possidetis.C.ỏ probatio.ꝛ in l. licet.col.fi.in vltima.q.C.de procura.et in l. mãdatũ.col. ij.in tertia oppositiõe.C.mãdati.et in.l.filiꝰ.C. de petitione here. et in. l. prima.C.qui admitti.ꝛin.l.ij.ℌ.voluntate.ff. soluto matrimo.et in.l.qui in aliena.ℌ.fz etsi non adierit.ff.de acquirenda here.Ange.in. l.si duo.eodem titulo.et in.l.post mortem.ff de adoptio.doctores communiter in.l.sciendum.ff.de verborum obliga.et.in.c.licet de ly.de simonia. Cardinalis.in.c.requisisti.de testamen. Petrus de Ancharra.in Clemẽtina.prima.de priuilegijs. Et dixi in tractatu meo super noua paganorum regni valentie cõuersione vlciculo sexto.in.xij.et.xiij.col.

Sequitur Decima tercia principalis dubitatio: scilicet/An ex Illustrissimi domini Arcturi quōdaz ac Serenissime domine Katherine cohabitatione ⁊ thori cōmuniōe/censeatur inter eos matrimonium consumatū fuisse. et carnalem copulam intervenisse.

In hac decima tertia principali Dubitatione/cum res facilis/clara/atq; indubitabilis existat: breviter invictissime Cesar tenendum/dicendum/affirmandum atq; cōcludendū esse cēseo: Ex illustrissimi dñi Arcturi ac Serenissime dñe Katherine cohabitatiōe/Thoriq; cōmunione/cū ambo tūc legitime etatis fuerint: presumēdum esse: carnalem copulam inter eos intervenisse. Matrimoniumq; predictum iā antea inter ipos celebratuz/mediante copula consumatum extitisse. vt probat textus apert⁹ in. c. Ad id. per quem hoc ibi communiter firmant et tenent Doctores post glosaz ibi in verbo per annum. desponsa. et in. c. is qui fidem. codē titulo. cum similibus traditis per Alexan. in consilio. clvj. incipi. viso processu. col. finali. vol. quinto. Nam si ex eo quod quis solus cuz sola in loco secreto reperitur: copula carnalis etiam ad delictum et sic ad malum inde inferendum inter taliter repertos intervenisse creditur et existimat. c. Litteris. c. tertio loco. et vtrobiq; doctores notant. de presumptio. l. quod ait lex. ff. de Aduliteris. ⁊ voluit Speculator. in titulo de presumptio. §. species. Bar. Alexan. et communiter doctores in. l. prima. ff. si certum petatur. Idez Bar. in. l. ti. vbi dixi. ff. de furtis. Bald. in. l. peo nobis. col. iij. versiculo. viteri⁹ nota. de Episcopis et cleri. et in. l. sive possidetis. col. ij. infine. versiculo. Deinde restat videre. C. de probatio. cum aliis quamplurimis auctoritatib⁹ relatis per Felin. in. c. preterea. colū. prima. et. ij. de testib⁹. Unde eo fortius ad bonum inde inferendum/scilicet ad matrimonium antea inter ipsos contractum cōsumādum/laudandum/approbandum/confirmandum et sustinendum: copulam carnalē ex eorum cohabitatione et Thori cōmunione inter eos intervenisse presumendum esse nullatenus dubitatur.

Sed quia hoc ex quadam iuris presumptione procedere nō dubitamus et quia contrarium quotidie probari posse existimam⁹: Non incongruum erit: si An tunc coniugum confessioni contrarium asserentium et affirmantium sit stādum videamus: Ad quod melius/clari⁹/atq; facilius videdū/examinandum/ac decidendum: ad priorem quartam et subsequentem principalem dubitationem accedamus.

Digitized by Google

SEquitur Decima quarta principalis dubitatio/scilicet/Dato qđ matrimonium predictū psumatū fuisse videatur: ⁊ quod carnalis copula inter eos presumatur: An dicta iuris presumptio eo cessabit: qđ pluries Serenissim⁹ dominus Henricus se dictaz dominā Katherinā virginē inuenisse: Et ab Arcturo fratre minime cognitam fuisse cōfessus fuit. Quod quide Serenissima domina Katherina iure iurando / etasserit et asseruit. scilicet qđ ab Arcturo principe illustrissimo nunq̄ cognita fuit. Et sic An magis coniugū confessioni/q̄ iuris presumptioni standum erit.

QUantum ad istam Decimam quartam principalem dubitationem videbatur inuictissime Cesar prima facie fore dicendum: Serenissimi domini Henrici regis confessioni/dictam Serenissimam dominā Katherinā se virginez inuenisse dicentis: Et Serēssime domīe regine assertioni se virginē remānisse/⁊ ab Arcturo quōdā Illustrissimo minime cognitā fuisse affirmantis: nullatenus standuz esse. Nec propterea presumptionē iuris predictam ex eorum cohabitatione thoriq̄ communione resultantem/ sublataz extitisse: Nam cum relictam fratris absq̄ liberis premortui/fratri vxorem ducere (vt late in prima principali dirimus dubitatione: propter affinitatis impedimētum inter eos ortum) prohibituz reperiatur: Et cum per confessionem fratris/relictam fratris se virginem inuenisse dicentis/dictum affinitatis impedimentum amoueatur: Quia vt in dicta prima dirimus dubitatiōe folio. xvij. col prima. nu. ioz. de substantia contrabende affinitatis est: quod carnalis copula inter coniuges subsequatur. Merito cum talis confessio inter prohibitos ad validationē actus qui alias nullus extitisset facta fuerit: nullatenus taliter confitentibus prodesse poterit. Vulgatissimum enim atq̄ indubitatissimuz est: Nōquādo cōfessio a persona prohibita emanauerit: que actuz libere facere nō poterat/nisi vbi illud quod confessa est/veruz extiterit: Talis cōfessio inutilis atq̄ nullius valoris erit: Immo tunc talis confessio valde suspecta iudicatur: eo quia facta in fraudem legis extimatur. vt probat textus notabilis in. l. qui testamentuz. ff. de probatio. et in. l. si forte. ff. de castrēsi peculio. Per quē textum notabiliter dicebat ibi Bar. Quod si quis puta pater/aliq̄d filio pro benemeritis et seruicijs abeo habitis atq̄ receptis donauerit: Quia tamen pater alit̄ q̄ pro benemeritis ⁊ seruicijs regulariter donare nō potuit: Eius cōfessio super benemeritis et seruicijs facta/ nulla erit: cuz inter prohibitos et in fraudem legis facta fuerit. Quod etiaz voluit glosa quam ibi Bar. Ange. et cōmuniter Doctores sequuntur in. l. si donatiōe. C. de collatio. Bar. in. l. per diuersas. col. iij. versiculo. iuxta hoc quero. C. mandati. Doctores communiter in. l. frater a fratre. ff. de conditione indebiti. Et innotabili casu tradit Bar. in auctē. Si quis in aliquo documento. circa finem. C. de edendo. et in. l. cuz quis decedens. §. ticia. ff. delegatis. iij. Joānes Andre. in additio. ad speculum. in titulo. de rebus ecclesie non alienandis super Rubrica. Bal. in auctē. Hoc ius porrectuz. C. de sacro sanctis eccle. Doctores communiter in. l. illud. C. eodez titulo. et in. l. cum aliqs. C. de iure delibe. et in. l. iubemus. §. primo. versiculo. sed quid si cedens. C. ad trebellia. Nicolaus milis in repertorio suo in verbo confessio. versiculo. Ante penul. et Barbat. in consilio secundo. incipit./ Illud afferam. col. iiij. vol. iij. Si enim predicta Serenissimorum regum confessio in fraudez legis facta fuit: nulla ac inualida reputari debuit. Nam si tali coniugum confessioni staretur: sine dubio magna fraudādi occasio eisdē tribueretur: Quia quotidie a fratre superuiuente/et ab vxore fratris premortui/id semper affirmaretur: Vt inter eos libere absq̄ summi pontificis dispensatione/vel cū minore saltem difficultate matrimonium contractari posset et cōtractarē. Vt igitur omnis delinquendi atq̄ fraudandi occasio tolleretur: eorum confessioni minime standū esse videbatur: Quod in. c. finali. de frigidis et maleficiatis. ibi ne id confiterentur in fraudem/satis aperte probatur.

Sed predictis invictissime Cesar minime obstantibus que in veritate nō obstant: contrariam sententiam/contrariamq; opinionem in casu nostro existimo veriorē. Vulgatissima enim atq; indubitatissima est omnium scribentium conclusio atq; doctrina: Quod quamuis confessioni coniugum copulam carnalez interuenisse vel non interuenisse affirmātium non sit standum/quando ex eorum confessione matrimonium impugnatur: quia forte copulam precessisse vel non interuenisse cōiuges cōfitentur/vt matrimonium inter eos vel alios iam contractum dissoluatur: Nihilominus tamen eorū confessioni standum erit: vbi et quando per talem eorum confessionem matrimonium (vt in casu nostro) iam contractum validatur ⁊ sustētatur. vt communiter concludūt Doctores. in. c. causam matrimonij. de officio delegati. ⁊ in. c. super eo. per illum textuz post glosam ibi. de eo qui cognouit consanguineā vxoris sue. Panor. ⁊ Doctores in. c. p tuas. de cōditionibus appositis. ⁊ in. c. ij. de clandestina desponsa. Hostien. in summa tituli de sponsalibus et matrimonijs. in Rubrica de matrimonijs. §. qualiter contrahatur. col. ij. versiculo. sed si ambo. et in. c. duo puberi. et ibi Prepositus Alexā. de desponsatione impube. Idē Prepositus in. c. continebatur. et in. c. attestationes. col. finali. eodem titulo. Anthonius de Butrio in. c. finali. de sponsalib⁹. et in. c. finali. post Joannē Andreā ibi. de cōiugio leprosorum. Ludouicus Roma. in singulari. cccccxliij. incipit. audisti. Alexan. in consilio. cxlviiij. incipit. viso peccatu. col. penul. vol. quinto. Proquibus facit textus in. c. si quis accepit vxorem. cum similibus. xxxiij. q. prima. Et vltra predictos quod coniugum confessioni copulaz carnalez minime interuenisse/ Immo vxorem virginem esse asserentiuz sit standum/ voluit notabiliter Innocen. quem ibi communiter sequūtur Doctores in. c. ex parte. col. ij. versiculo. et distingue melius. de restitutione spolia. Maiorem enim certitudinem dat coniugum ipsa confessio q̄ dare potest alia quelibet presumpta probatio. c. tertio loco. vbi hoc Joannes de Imola et doctores notant. de presumptio.

¶ Et ideo licet contra presumptionez iuris et de iure nulla in contrarium probatio admittatur. l. finali. C. arbitriuz tutele. et tradi tur per glosam et Doctores in. l. antique. C. ad veleya. ⁊ in. l. finali. ff. quod metus causa. et in. l. si duo. cum similibus. ff. de acquirenda bere. Admittitur tamē vbi et quādo partis confessio in contrarium allegatur. vt voluit glosa notabilis in. l. in contractibus. in principio. in vbo nullomodo. vbi hoc Bal. et Doctores notant. C. de nō numerata pecu. ⁊ in auctē. de equalitate dotis. §. primo. in verbo scribat. collatione. viij. Azo. in summa de donationib⁹ ante nup. Lyn⁹ et Salice. in auctē. sed iam necesse. C. eodem titulo. Idē Salice. in. l. prima. C. ō dolo. ō quo pmodernos in Rubrica. C. ⁊ extra. ō pbatio.

¶ Hinc notabiliter dicebat glosa singularis que ab omnibus communiter approbatur in. l. penul. C. de fideiussoribus. Quod si illi qui de stupro accusātur: inter eos iam cōtractum fuisse matrimonium cōfiteantur: Eorum confessioni adeo statur: qō omnis mala presumptio ex cohabitatione illa resultās si personarum qualitas hoc deposcat/extinguitur/tollitur et annullatur. Quod etiā voluit specu. in titulo. de confess. §. sequitur. et ibi Bal. in eius appostillis. Idem Bal. in l. quicūq; col. penul. versiculo. Alterius vides. C. de seruis fugitiuis. et in. l. etiā. col. vj. versiculo. Item excipiuntur. C. de fideicōmissis. et in. l. prima. C. de collusione detegēda. et in. l. vnica. col. viij. in principio. versiculo. quero fuit questio ō facto. C. ō confessis. et in. c. primo. §. inturia. col. penul. versiculo. quero siticius mādauit. de pace iuramēto firmanda. in vsibus feu. Ange. in tractatu maleficiorum. in verbo. Ibeme hat adulterato la mia dona. col. xx. versiculo. pone qō quidam iuuenis. et ibi Augustinus in eius appostillis. Bartholomeus cepola. in cōsilio. lvj. incipit. super querela. et in cautela. xxxix. incipit. vidimus. Lanfranchus de oriano in. c. quoniam contra falsaz. in verbo confessiones. col. ij. versiculo. quero Petrus et Berta. de probatio. Alexan. in consilio. clxvi. incipit. Animaduersis bis. col. v. volu. ij. et in cōsilio primo. incipit. viso processu. col. v. vol. iij. Barba. in consilio. vj. incipit. scriptū est. col. ix. vol. primo. et in consilio. xlvj. incipit. scripsit preclare. col. finali. vol. ij. Philipp⁹ decius. in. c. causam matrimonij. col. ij. de officio delegati. et Hippolitus de marsiliis in singulari suo. xxii. incipit. confessio.

¶ Quintimmo aliud et forti⁹ ac notabilius dicebat Cardinalis in. c. primo. in finalib⁹. verbis. de adulteriis. Quod si aliquis ō stupro in aliquam mulierem cōmisso ac perpetrato accusaretur: et si ab ipso mulierem nō

fuisse virginem diceretur: si tamen ab ipsa se virginem fuisse affirmaretur: sine dubio tūc potius mulieris se virginem tunc fuisse dicentis/quam hominis illud negantis iuramēto staretur. Cuius doctrinā refert et seq̄ Barba. in additionib⁹ ad Bal. in. c. primo. §. inturja. col. iij. in verbo. respondeo. de pace iuramēto firmāda. in usibus feu. et Bartholomeus cassaneus in consuetudinibus Burgūdie in Rubrica de iusticies 2 droitz dicelles. in versiculo. et droitz dicelles. folio. xviij. numero. xxxviij.

7 PRetetea accedat/Fama ad probandā virginitatem sola signa et presumptiones sufficiunt: vt scribitur deuteronomio. c. xxij. et habetur in. c. causam matrimonij. ibi ad inuestigandum signa virginitatis. de probatio. et traditur per glosam et Doctores in c. facti. in ꝟbo lapidaretur. xxxiij. q. v. p Doctores in. c. ppositi. de pbatio. per Alexā. in. l. Itē apud. §. siquis virginē. ff. de iniurijs Q: vt Bal. in. d. c. causam scribit. Et signis qualitas persone arguitur. Nam stemma militem/habitus clericum/stola sacerdotē/et cuculla monachum ostendūt. et tradit idē Bal. in. l. binos. in tertio notabili. C. de aduocatis diuersorum iudi. et in. l. directis. C. de testamēta. mamumi. cuz similibus traditis per Barba. in consilio. xxxiij. Incipi. illō in medium referam. vol. iiij. Multo magis confessio coniugum sufficere debet: cum nulla alia maior existere possit probatio: ꝙ est et existit ipsamet partium confessio. l. generaliter. C. de non numerata pecu. c. pernas. de probatio. cum similibus in proposito copiose cumulatis et adductis per Hippolitum de marsilijs in repetitione Rubrice. col. xvj. cū sequētibus. C. de probatio.

8 NOn obstat illud quod superius in oppositum adduximus et allegauimus. Nam nunc confessioni inter prohibitos facte stari non debet nec statur: quando ꝙs vult quod illud quod contra legis dispositionez ipse facit: ex sola eius assertione atq; cōfessione validet et sustineatur. Quo casu ne ipsa legis dispositio actum nisi ex certa causa vel certo casu fieri posse prohibēs/inutilis actus reddatur: Que certe inutilis redderetur: si confessioni actum facientis/et causam subesse dicentis staretur: Ideo actus ille cōtra legis prohibitionem factus/etsi actū facientes se in casu permisso fuisse fateatur: nullū mo mēti/nullius q; valoris esse existimatur. Nō in exemplo de patre propter benemerita et seruicia filij donante/aliisq; similibus clare ostenditur et demōstratur. In casu vero nostro/Serenissimi dñi Anglie reges predicti ex sua sola confessione vel assertione matrimonium inter eos absq; summi pōtificis dispensatione posse contractari/et sic actuz illum a iure prohibitū posse ex sua sola confessione validari/nullatenus affirmarūt nec crediderūt: Immo dispensationem p̄ matrimonio predicto inter se legitime contrahēdo/a sanctissimo domino Julio secundo/ac si Serenissima domina Katherina ab illustrissimo domino quondā Arcturo cognita fuisset esse ex tali affinitatis impedimētū inter eos iam ortum existisset/petierunt: illamq; obtinuerūt. Et ideo cum matrimoniuz predictum de summi pontificis z sue superioris potestate/consensu/gratia/ac dispensatione inter eos firmatum/contractuz/atq; celebratum fuerit: Eorum confessioni Serenissimā dominā Katherinā virginem remānisse affirmātium/sine dubio standum erit.

Sequitur Decimaquinta principalis dubitatio: scilicet posito quod Serenissima domina Catherina ab illustrissimo quodam Arcuro carnaliter cognita fuerit: An dispensatio vitiabitur/eo quod non firmiter ac indubitanter et sic affirmative/sed sub dubio forsan/id a summo pontifice in ipsa dispensatione exprimitur.

In hac Decima quinta principali dubitatione breuiter inuictissime Cesar cum tepore Angustia aliud nō patiatur/existimo concludendum: Dispensationem predictaz/Serenissimis dominis Anglie regibus a sanctissimo domino Julio secundo pro matrimonio inter se predicto contrahendo cōcessam: propter dictionem forsan ibidē positam atq; expressam/minime vitiari debuisse: Sed hoc nō obstante firmaz validamq; fuisse. Quānis enim verbū forsan/forte/fortassis et forsitan/quandam certe dubitationē regulariter inducere videatur: Nō tamē hoc semp verū esse creditur z existimatur. Nam secundum subiectaz materiam/Ad maiorē aliquādo difficultatem inducendam: Et aliquando assertiue atq; affirmative ad descisionem aliquā faciendaz: tale verbū ponitur/inseritur/exprimitur et allegatur. vt probat textus apertus in.l. mutus. in principio. vbi glosa et Doctores notant. ff. de pcura. et in.l. quesitū. §. in dolo. ff. de dolo. et in.l. si duo. ff. ō receptis arbitris. et in.l. si possessor. §. primo. ff. de petitōe hre. et in.l. Item si verberatum. §. primo. ff. de reiuendica. et in.c. habent. xiij. q. ij. et in.c. admonere circa medium. xxxiij. q. ij. et in.c. quamobrem. de penitē. distinctione prima. et in.c. super litteris. de rescriptis. z in.c. nisi cum pridem. de renuntia. et in.c. tue. de procura. et in Clementi. Ne Romani. versiculo. eo tamen. et ibi notat Cardinalis. de electio. Glosa et Doctores in.l. in cōmodato. §. sicut. ff. cōmodati: et in.l. in substitutione. ff. de vulgari et pupillari substi. Pro quibus facit illud Joannis quinto. Si crederetis Moysi: crederetis forsitan et mihi. Et.c. viij. Si me scireris: forsitan et patrē meū scireris. Et que Doctores cōmuniter in locis proxime allegatis tradunt: precipue in.c. accedens. vt lite nō cōtestata. et in.c. ij. cū similibus. de testamen. Cum enim in casu nostro verbū illud seu dictio illa forsan/in supplicatione atq; dispensationis concessione ad maiorem difficultatem inducendam ponatur z exprimatur: Non propterea dispēsatio seu quelibet alia principis dispositio vitiari debet nec vitiatur. vt notabiliter inquāt et volunt zenze. Antho. et Joannes de Imola in Clementina prima. in. iij. col. per glosaz ibi. de appellatio. quos refert et sequitur Felin. in dicto. c. accedēs. col. finali. vt lite nō cōtestata. et Jasson in. d. l. in substitutione. col. ij. versiculo. vltimo. de vulgari et pupillari. Et volunt Alexā. in. l. in ratiōe. §. quod vulgo. col. viij. in glosa in verbo nec mirum. ff. ad legez falcidiam. Quānis enim in supplicatiōis narratione sūm⁹ pōtifex verbo illo forsan vsus fuerit: Et sic quānis narratiue Serenissimā dominā Catherinā ab Illustrissimo quōdā Arcuro forsan et sic dubitatiue cognitaz fuisse dixerit: Ex quo tamen posita in descisione/et sue dispēsationis cōcessione/de affinitatis impedimento specialem mentionez fecit: et eo non obstāte cuz Serenissimis dominis Regibus Anglie predictis dispensavit: Satis expresse/satis clare/satis affirmative/satis determinate/satis euidenter atq; aperte cuz predictis Carnalē copula etiā nō obstante/casu quo copula inter Serenissimā dominā Catherinā et Illustrissimum dōm Arcturum intervenerit/dispēsare voluit. Nam eo ipso quod super affinitatis impedimēto dispensatur: Et de copula carnali mentionem factam fuisse/et eā non obstante dispēsatū extitisse: Nullatenꝰ dubitatur. Quis ō substātia affinitatis est: vt in prima dubitatione fulio. xvij. col. primanu/103/quod carnalis copula subsequatur. Et potest sic cōmuniter Doctores in quarto Sentētiarum distinctione. xl. et in.c. extra ordinaria. xxxv. q. iij. et de eo qui cognouit consanguineā vxoris sue. per totum. cū similibus tractatis p Archiepiscopū Florentinū in tertia parte sue summe. titulo primo. c. xj. in principio.

Sequitur Decima sexta et vltima dubitatio: scilicet An dispensatio predicta nulla seu surrepticia dici posit: eo quod cū matrimonium cū relicta fratris absq; liberis patrimoni in Agathē se cōtrahi prohibuit frater. Pro quo consilii specialis mentio seu expressa derogatio a summo pontifice facta fuit. An vero sufficiet si sūmus pontifex Clausulam aliam generalem (constitutionibus scilicet et ordinationibus apostolicis seu regula contrarijs non obstantibus) apposuit.

